MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80059-5

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

EGGERT, KARL GEORG

TITLE:

QUAESTIONES SOPHOCLEAE CRITICAE

PLACE:

MONASTERII

DATE:

[1868]

Master Negative #

91-80059-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88ED
Eg3 Eggert, Karl George,
Quaestiones Sophocleae criticae. Particula prior. Dissertatio philologica quam...publico defendet Carolus Georgus Eggert... Monasterii, ex typographia E.C.Brunn, [1868]
61 p. 22 cm.

Thesis, Münster, 1868.
No more published.

101133

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5-23-91 INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Eggert
Quaestiones Sophocleae criticae

88SD E93

Columbia University
in the City of New York
Library

BOUGHT FROM
THE
Henry Drisler
Classical Fund
1895

E93

Diss. inaug.

QUAESTIONES
SOPHOCLEAE CRITICAE

PARTICULA PRIOR

SCRIPSIT

CAROLUS GEORGUS EGGERT

PADERBORNAE

IN LIBRARIA SCHOENINGHIANA

MDCCCLXVIII.

QUAESTIONES

SOPHOCLEAE CRITICAE

PARTICULA PRIOR

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM ACADEMIA REGIA

MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XII. MENSIS AUGUSTI ANNI MDCCCLXVIII

IN PUBLICO DEFENDET

CAROLUS GEORGUS EGGERT

VESTFALUS.

MONASTERII

EX TYPOGRAPHIA E. C. BRUNN.

COLUMBIA
UNIVERSITY
LIBRARY

FRANCISCO LOEHERO

EQUITI

VIRO AMPLISSIMO ILLUSTRISSIMO

D. D. D.

S.

277055

COLUMBIA
UNIVERSITY
LIBRARY

I.

Pariter errant qui incorrupta temere tentant et qui explicant depravata, sanior grammatica omnes sponte ducit ad criticam neque natura cuiquam illam facultatem negavit nisi cui negavit omnino iudicium.

Cobet. Obs. crit. p. 28.

Quicunque nostro tempore tragicorum Graecorum in iisque Sophoclis praesertim emendare fabulas conatur, nisi iam apud viros doctos auctoritatem in hac re aliquam adeptus est aut aliunde commendationem habet, nae ille ‚periculosum plenum opus aleae' adgreditur, quod ne ad irritum cadat vehementer est timendum. eo quippe, quod forsitan mireris, ventum est, ut incepti excusatione et quasi defensione opus sit, si quidem quae invenit atque elaboravit legi attendique vult nec ignorari praetermittique ac simul sese ipsum levitatis atque arrogantiae crimen effugere. causa in promtu est. videtur autem ab accuratiore codicis Laur. A. perscrutatione repetenda esse. quem postquam G. Dindorfius omnium longe optimum atque fontem evincere studuit, mirus extitit emendandi Sophoclis ardor, undique ad restituendum pristino nitori summum antiquitatis tragicum maximus concursus. quae antea germana atque incorrupta habebantur sine ulla suspicione, jam interpolata vitiosa depravata cognita sunt. neque infitiantur etiam ii viri docti quos in tractandis scriptoribus antiquis minime novarum rerum studiosos vel fautores servatas libris mss. lectiones ad extremum quoad eius fieri potest omni studio defendere constat, non infitiantur, inquam, hi ipsi Sophoclis carmina plurimis quin innumerabilibus adhuc maculis mendisque scatere. Leonh. Spengelius, vir acris idemque sobrii iudicii, ingenue fatetur (in Philol. XIX p. 437): es hat sich inzwischen herausgestellt,

dass der text weit weniger rein erhalten sei, als man vordem glaubte; et alio loco: es versteht sich, dass im Sophocles noch gar vieles zu leisten ist, auch das ist einleuchtend, dass je nachdem einer der überlieferung mehr oder weniger traut, er um so vorsichtiger oder beherzter zu Werke gehen wird. entdeckt einer etwas neues von einiger bedeutung, so wird es mit freuden aufgenommen werden (cf. Eos I p. 184). eadem qua Spengelius laude insignis K. Lehrsius in epistola ad Meinekium data, virum amplissimae auctoritatis, haec scribit: über die Antigone habe ich manches als bürger dieser welt gedacht. es in worte eines gelehrten zu kleiden, würde ich auf so unsicherem boden mich nicht entschliessen . . . und etwas eher darf man eine solche besprechung wagen, nachdem auch Sie bei der anerkannten ‚unglaublich' schlechten tradition eben mehrmals nur den sinn zu konstituiren sich begnügen ohne gewähr der worte (cf. Jahn. annal. philol. LXXXV p. 297 sp.)

Quamvis igitur apertum sit ingenio et doctrinae multum in Sophocle laboris suppeditare multumque revera iam praestitum sit, tamen negari nequit, non paucos ardore suo per se laudabili illo quidem delatos iustos fines et terminos haud raro excessisse. loci sanissimi interdum temere tentati mutatique, lacunae et interpolationes[1]) sine necessitate statutae. peius etiam poetae consultum ab iis, qui nec ingenio nec doctrina satis muniti negotii gravitate et difficultatibus non perspectis ad emendationem tamquam ad rem usitatam accederent. scilicet emendare volentes in contraria delapsi sunt, tantumque abfuit, ut antiquum Sophocli ornatum redderent, ut contra foede saepenumero inquinarint. crescit in dies scriptionum ad crisim Sophocleam pertinentium numerus, at parva sunt maximam partem et exilia quae ex iis emolumenta fluunt. ‚im vergleich zu dem umfang der unaufhörlich an-

[1]) Spengelium audire iuvat in Philol. XXI. p. 345: wenn man vor einem halben jahrhundert jede schwierigkeit durch die entdeckung einer neuen recension zu lösen resp. ihr zu entgehen suchte . . . so geht heutzutage das gespenst des interpolators um, das so viele zu erjagen streben und sicher erhascht zu haben glauben, das aber doch grösstentheils nirgend als in ihrem eigenen kopfe spukt.

dringenden fluth der Sophokleischen literatur erscheint freilich der ertrag derselben als höchst armselig und dürftig'. sunt haec verba Naukii in praef. ad Ai. ed. v. p. X. non contemnendos viros respexisse videtur Aug. Meinekius, cum ad. Oed. Col. praefaretur: de Sophocle ut scriberem, complures me causae impulerunt, inter quas haec non levissima fuit, quod novissimorum criticorum non paucos eam viam ingressos esse videbam, qua si perrexerint, brevi futurum est, ut Sophoclem in Sophocle quaeramus. tam nulla est veterum monumentorum reverentia, tam effrenata plerorumquae in transmutandis poetae verbis audacia.'[2]

Quid mirum igitur quod Sophocleas coniecturas hominis nondum probati notique non serenissimo permulti oculo adspiciunt? quod imprimis ab inauguralis quae vocatur dissertationis scriptore, cur hanc potissimum sibi materiam delegerit, ut rationem reddat expostulant causamque indicet? quam ego quidem, ut vere dicam, non aliam proferre possum, nisi tritam illam et pervulgatam, qua cum alii plerique tum ii quoque usi sunt, in quos severe supra iudicatum est. spero enim poetae me opella mea profuturum esse. sed dum utilitatis licet aliquantulum in Sophoclem me collaturum confidere audeo, hoc simul affirmare possum in Sophocle me studii mei non exiguam partem collocasse et quam maxime potui nihil non argumentis fultum saepiusque animo consideratum atque perpensum proposuisse. tum eos potissimum sumsi locos emendandos quibus offensi iam alii nec ii spernendi viri quomodo opitularentur meditati sunt. sic non facile coarguar incorrupta temere tentasse. et profecto quis iure adversetur si male mutilatis autoris egregii cuiusdam

[2]) acerbe Spengelius (Eos I p. 186): ‚und so muss man diesen pruritus als das betrachten, was er grossentheils ist, als das übel einer epidemisch chronischen krankheit — man kann es füglich das conjecturalfieber nennen — welches wie so vieles andere die zeit hoffentlich bald heilen wird.' calidius dixit vir clarissimus codicum auctoritatis nonnunquam aequo tenacior, qui vereor ut suae auctoritati consuluerit hac de Nauckii coniecturis Sophocleis palam sententia lata Philol. XIX p. 437: ‚von den mehr als hundert vorschlägen Naucks kann ich nur eine änderung für richtig halten, nämlich Col. 654 μ' ὁρᾶν für μὲ δρᾶν.'

operibus bona fide auxilio venire cupias adhibita diligentia moderatione modestia? quantuscunquae inde fructus redundabit non poterit tale reprehensioni obnoxium esse studium. vel unam feliciter inventam emendationem benevoli iudices lubenter accipient[3]).

Damnanda vero est temeritas ista et audacia, qua multi quicquid in mentem venit, levissima saepe et ineptissima commenta, poetae obtrudere atque in medium proferre non dubitant. cuius criminis ne convincerer semper praecavisse mihi videor, quamquam non contendam me hic illic non posse erroribus implicitum esse et nodum in scirpo quaesisse ut in proverbio est. nam in his rebus vel maxime humanum est errare, eoque facilius veniam me impetraturum spero, quod etiam amplissimi nominis viris et ingenio et doctrina longe praestantioribus quae aliis merito exprobrabant, ipsis ubique evitare non contigit.[4])

His praemissis ut iam ad id quod mihi proposui transeam, vitiorum quibus deformantur in codicibus Sophoclis vel potius omnino tragicorum dramata, certa quaedam genera offeruntur, quae cum ab aliis tum optime et sagacissime nuper ab Heimsoethio distincta sunt[5]) atque latissime quidem patet id genus quo a librariis peccatum est oculorum lapsu animi incuria neglegentia stupiditate inscitia. ac facillimae huius generis ita corruptelae ortae sunt, ut aut unum vocabulum falso in duo vel plura dirimeretur aut duo vel plura vocabula in unum falso iungerentur. eiusmodi exempla multa sunt et notissima, quare statim quae ipse nova invenisse mihi videor aliquot expromam.

In Oed. regis fabula Oedipus filiarum futurae sorti illa-

[3]) idem ille Spengelius de Maehlyi coniectura quadam in Oed. Col. facta in Philol. XIX p. 438: ‚ein einziger solcher fund, er komme von wem er wolle, erfreut und entschädigt für hundert missgeburten.'

[4]) de Meinekio Sprengelius verba eius a nobis supra laudata respiciens liberrime profitetur (Eos I p. 186): ‚im grunde hat er damit doch nur den beweis geliefert, dass dem imperativ die erste person fehlt, denn was er an andern tadelt, erlaubt er sich reichlich selbst.'

[5]) v. kritische studien zu den Griechischen tragikern von Fr. Heimsoeth, I. abth. Bonn 1865, cll. eiusdem libro qui inscriptus est wiederherstellung der dramen des Aeschylus. Bonn 1862.

crimatus Creontem ut suscipiat eas in tutelam rogat rursusque ad filias conversus orationem ita suam concludit

1511 *σφῶν δ' ὦ τέκν' εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας*
πόλλ' ἂν παρήνουν· νῦν δὲ τοῦτ' εὔχεσθέ μοι
οὗ καιρὸς ἀεὶ ζῆν, τοῦ βίου δέ λῴονος
ὑμᾶς κυρῆσαι τοῦ φυτεύσαντος πατρός.

Verba *εὔχεσθέ μοι* absurde dicta esse quivis facile intellegit. sensus enim poscit ‚nunc vero hoc vobis apprecor, non ‚apprecamini mihi'. fallitur Meinekius qui in Anall. Soph. (epimetr. Oed. Col.) p. 247 ad Ai. 1023 provocans certa coniectura emendandum dicit *νῦν δὲ τοῦθ' εὕρεσθέ μοι*. praeterea vellem exempla imperativi *εὕρεσθε* attulisset, nam parum probat quod in Ai. legitur *καὶ ταῦτα πάντα σοῦ θανόντος ηὑρόμην*. Dindorfius coniecit *νῦν δὲ τοῦτ' ηὔχθω μόνον* iusto audacius ut mihi videtur. neque *μόνον* necessarium est, cum particula *νῦν* in principio collocata oppositaque verbis *εἰ—φρένας* satis indicetur, et rarior imperativus *ηὔχθω*, quem hac de causa a librario vetere corruptum esse ut putat Dindorfius, non adeo verisimile. displicet ea coniectura etiam Meinekio. quod Blaydesius proposuit *νῦν δὲ τοῦτ' ἐπεύχομαι* sensui satis aptum, sed difficile dictu est quomodo tam dilucida simplexque scriptura in difficilem et contortam *εὔυχεσθέ μοι* abire potuerit. lenissimo remedio locum sic sanari posse existimo

νῦν δὲ τοῦτ' εὐχή 'στ' ἐμοί (vel *'στί μοι*). *τοῦτο* dixit, oppositum praecedenti *πολλά*, non *αὕτη*, cf. Krueger. gr. Gr. I. 61. 7. 4—5. affert inter alia exempla ex Eur. *ἤδη κεκλήρωσθ', εἰ τόδ' ἦν ἡμῖν φόβος*, ex Xenoph. *νῦν καὶ τοῦτο κίνδυνος μὴ λάβωσι προστάτας*. in seq. v. Meinekius, quod obiter moneo, coniecit *οὗ καιρὸς ᾖ ζῆν*, Dindorfius *οὗ καιρὸς ἐᾷ ζῆν*, melius fortasse Heimsoethius *βίου* deleto articulo *τοῦ*.

documento hic locus esse potest, ad quas perversas explicationes nonnunquam viri docti confugerint falsa opinione de Sophocle in verbis novatore adducti. scholiastae, quibus nihil non explicabile est, adnotarunt: *εὔχεσθε παθητικῶς κεῖται, ἤτοι εὐχῆς τυγχάνετε ὑπ' ἐμοῦ*. hoc arripiens Bruncius: ‚raro, inquit, sic *εὔχομαι* adhibetur, nec forte alterum exemplum proferri possit. sed novator si quis alius in verbis

Sophocles, apud quem plurima occurrebant ceteris omnibus poetis indicta.[5] at talis poetae qualis Sophocles est novationes evidens est neque sanae grammaticae legibus neque elegantiae orationis atque perspicuitati repugnare debere. res quidem haec non raro lubrica difficilisque diiudicatu est (Dindorf. Soph. ed. Lips. IV. praef. p. IV.), sed in verbis *εὔχεσθέ μοι*, si ex mente schol. explicanda essent, durissime profecto Sophocles novasse iudicandus esset. ceterum etiam Hermannus de ista explicatione persuaderi sibi passus est dicens *εὔχεσθέ μοι τοῦτο* idem esse atque *εὔχομαι ὑμῖν τοῦτο.*[6])

In Oed. Col. Ismena patri recens editum oraculum refert his verbis

σὲ τοῖς ἐκεῖ ξητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ
θανόντ' ἔσεσθαι ζῶντά τ' εὐσοίας χάριν.

ad quae miratus Oedipus

390 *τίς δ' ἂν τι τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν;*

ut cum Hermanno plerumque hic versus scribitur, nam in Laur. A. et aliis codd. omittitur *τι*, in aliis est *τίς δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀνδρός.* dicit igitur Oedipus a se neminem commoda referre posse. itane vero? ita Oedipum locutum esse qui summa cum fiducia *ξένῳ* illi, cur Theseum venire vellet, quaerenti respondit v. 72 *ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα*, et amplius quaerenti *καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;* certe affirmavit *ὅς' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν*, qui postquam *ξένος* Atheniensis abiit, Eumenidas comprecans clare profitetur intellegere sese iam eo pervenisse ubi oracula praedixerint se *κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον* | 92. *κέρδη μὲν οἰκήσοντα τοῖς δεδεγμένοις, ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν οἵ μ' ἀπήλασαν* — ita Oedipum locutum, inquam, praesente choro, cui summa confidentia non semel inculcavit potentiam sibi a diis tributam utilitatemque maximam v. 287 sq. *ἥκω γὰρ ἱερὸς εὐσεβής τε καὶ φέρων* | *ὄνησιν ἀστοῖς τοῖσδε*, v. 450 sqq. *ἀλλ' οὔ τι μὴ λάχωι τοῦδε συμμάχου* | *οὐδέ σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας ποτὲ* | *ὄνησις*

[6]) non credo εὔχεσθε retineri posse coniectura νῦν δὲ ταῦτ' εὔχεσθ' ἐμοί, ut ἐμοί a ταὐτό pendeat, etiam hac de causa non credo, quod cum ταῦτ' et ταῦτ' audienti nihil differant, aegre sensum verum eliceres.

ἥξει· τοῦτ' ἐγῷδα τῆσδέ τε | *μαντεῖ' ἀκούων συννοῶν τε τἀξ ἐμοῦ* | *παλαίφαθ' ἁμοὶ Φοῖβος ἠνύσέν ποτε.* | *πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα πεμπόντων ἐμοῦ* | *μαστῆρα κεἴ τις ἄλλος ἐν πόλει σθένει.* | *ἐὰν γὰρ ὑμεῖς ὦ ξένοι θέλητέ μου* | *ἀλκὴν ποιεῖσθαι, τῆδε μὲν τῇ γῇ μέγαν* | *πρὸς ταῖσδε ταῖς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς* | *σωτῆρ' ἀρεῖσθε, τῆς δὲ γῆς ἐχθροῖς πόνους.*

nisi plane destitutum a memoria Oedipum putabimus, de se dicere non potuit *τίς δ' ἂν τι τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν*; ut Atheniensi illi de Oedipo licuit *καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;* immo nihil magis Oedipi intererat quam ut declararet sibi licet misero atque egenti tamen potentiam datam esse divinitus in inimicos suos simul et amicos. hac ipsa re, neque enim ulla alia potuisset, Coloniatis et postea Theseo persuadere studet ut se recipiant in sacro luco tuerique velint, quod nunquam consequebatur, si de se tamquam communi de homine atque inutili verba faciebat prioribus repugnantia.

Corruptum sine dubio locum certa eademque facillima emendatione restituisse mihi videor hac

τί δ' ἀντὶ τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειαν ἄν;

nihil magis inexpectatum Oedipo evenire poterat, quam illud novum oraculum, quare mirabundus: ‚quid boni illis propter talem virum, quem perosi e patria eiecerunt, accidere possit?' quamquam enim iam pridem nullum a filiis et Creonte beneficium expectabat, tamen ex v. 406 sqq. apparet eum illis dummodo in patria terra ipsum sepelire voluissent, obsecuturum fuisse. Oedipi interrogationem sic fere circumscribas licet: quodsi me habebunt, quaenam iis inde utilitas redundare possit quibus utpote *τοῖς πέμψασιν οἵ μ' ἀπήλασαν* iam pridem *ἄτη* destinata est? (v. 93)

praepositio *ἀντί* saepe idem valet quod *χάριν*. res nota. luculentissime hic usus apud Sophoclem probatur El. 575 seq. ad Clytaemnestrae verba v. 537 *ἀλλ' ἀντ' ἀδελφοῦ δῆτα Μενέλεω κτανών* Electra respondet postquam causas immolationis Iphigeniae exposuit, *ἀνθ' ὧν ἔθυσεν αὐτὴν, οὐχὶ Μενέλεω χάριν.* si cui in vulgata scriptione et genetivus *τοιοῦδ' ἀνδρός* insolentius verbo *πράσσειν* iunctus et *ἄν* minus eleganter repetitum videatur, omnia hac coniectura mea facillime tolluntur. ceterum *τί δ'* teste Hermanno in

Laur. B et a prima manu in Par. A extat. non mirum autem *ἀντί* in *ἄν τι* diremto alterum *τι* excidisse.[7])

Videmus h. l. falsam praepositionis *ἀντί* diremtionem simul. pronomini *τί* et verbo *πράξειαν* damnosam fuisse. et sic plerumque accidere solet, ut vocabulis falso vel coniunctis vel separatis etiam aliae novationes accedant. namque cum vocabula eo modo depravata non statim sensum praeberent, magis minusve immutata sunt a librabriis interpretibusque nec fieri potuit, quin frequenter etiam vicina et ad efficiendum sensum necessaria in corruptionem traherentur. exemplis nonnullis hoc ostendere conabor.

In Antigona chori verba quibus Creontis de mortuo Polynice edicto neque assentitur neque tamen obloqui aperte audet, ita leguntur 211

σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως, Κρέων
τὸν τῇδε δύσνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει,κτλ.

in constructione verbi *ἀρέσκει* non iniuria offenderunt recentiores editores. frustra obmoventur Homerica illa *κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς* (Il. κ, 52) *Ἕκτορα ἀεικέα μήδετο ἔργα* (χ, 395) et aliae interpretationis machinationes, vid. Schneidew. equidem si posterior versus deesset, nihil desiderarem, quem miror adhuc infestas criticorum quorundam manus effugisse, quamquam si prioris versus emendatione succurri potest, nescio an Nauckii coniecturae *σὺ ταῦτα δράσεις* facilitate praestet mea

σὺ ταῦτα ῥέξεις vel potius
σὺ ταῦτ' ἄρ' ἔρξεις.

cf. Phil. 684 *ὃς οὔτ' ἔρξας τιν' οὔτε νοσφίσας — ὤλλυτο*, Aesch. Sept. 100 sq. Herm.

τί ῥέξεις; προδώσεις,
παλαίχθων Ἄρης, γᾶν τεάν;

futuro *ἔρξω* Sophocles usus est Phil. 1406, *ῥέξω* OC. 1725 Ph. 1191 (*ῥέξοντες*).

plane apta ac paene necessaria est particula *ἄρα*. non opus monere simillima esse autiqua scriptura *ἄρ' ἔρξεις* et

[7]) Blaydesii coniectura τί δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς εὖ πράξειέ τις grammaticas tantum si quae sunt difficaltates removet.

ἀρέσκει. ut hic ξ et *σκ*, sic Eur. Iph. Taur. 999 Herm. ξ et *κσ* permutata. parum verisimile est quod Nauckius de vitii origine dicit: ‚die jetzige lesart erklärt sich aus der annahme, dass *σοὶ* statt *σὺ* geschrieben war', immo falso lectum *ἀρέσκει* effecit ut *σὺ* in *σοὶ* mutaretur.

Iniuria a nonnullis tentatum est *Κρέων*, etiam ab Heimsoethio Martini coniecturam *ποιεῖν* probante (krit. stud. I. p. 67), cum honoris causa eiusmodi personarum designationes qualis *παῖ Μενοικέως Κρέων* adhibeantur, cf. v. 155 sq. *ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας | Κρέων ὁ Μενοικέως* (cf. Schneidew.), 1180 sq. *καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ | δάμαρτα τὴν Κρέοντος*, Ai. 331 *Τέκμησσα, δεινά, πᾶι Τελεύταντος, λέγεις*, OC. 549 *καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμιν Αἰγέως γόνος | Θησεὺς—πάρα*, Phil. 4 *Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε*, Stuerenburg quaestt. Soph. Berl. 1864. p. 50; Antigonae l. 1180 sq. is non intellexit.

Electrae versus illi pulcherrimi summum spirantes dolorem 185—192 vitio obliterantur quod cognitum quidem est sed nondum probabiliter correctum.

editur vulgo inde a v. 189

ἀλλ' ἀπερεί τις ἔποικος ἀναξία
οἰκονομῶ θαλάμους πατρὸς ὧδε μὲν
ἀεικεῖ σὺν στολᾷ
κεναῖς δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις.

primus Schneidewinus vitium perspexit optimeque exposuit his verbis: ‚Electra kann sich nur an, nicht um einen tisch stellen. niemand aber stellt sich um zu speisen an einen leeren tisch. auch kann El. seit dem tode ihres vaters zwar kärglich gelebt (vgl. 361 f.), nicht aber mit *κεναὶ τράπεζαι* ihr dasein gefristet haben'. Schneidewino assentitur Nauckius. *ἀμφίσταμαι* etiam Meinekio gravissimae offensioni fuit, qui in Anall. Soph. p. 252: ‚quis enim, inquit, unquam mortalis natus mensam sive quadratam sive rotundam ab omni parte circumstare substinuit? nisi forte Cagliostro, famosissimo praestigiatori, similis fuit, uno eodemque horae momento per universas Parisiorum portas erumpenti. ineptissime igitur in Sophoclis loco *ἀμφίσταμαι* dictum est'.

defendit quidem vulgatam G. Wolffius interpretans: statt an voller tafel zu sitzen, stellt sie sich nahrung suchend bald

Laur. B et a prima manu in Par. A extat. non mirum autem *ἀντί* in *ἄν τι* diremto alterum *τι* excidisse.[7])

Videmus h. l. falsam praepositionis *ἀντί* diremtionem simul. pronomini *τί* et verbo *πράξειαν* damnosam fuisse. et sic plerumque accidere solet, ut vocabulis falso vel coniunctis vel separatis etiam aliae novationes accedant. namque cum vocabula eo modo depravata non statim sensum praeberent, magis minusve immutata sunt a librabriis interpretibusque nec fieri potuit, quin frequenter etiam vicina et ad efficiendum sensum necessaria in corruptionem traherentur. exemplis nonnullis hoc ostendere conabor.

In Antigona chori verba quibus Creontis de mortuo Polynice edicto neque assentitur neque tamen obloqui aperte audet, ita leguntur 211

σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως, Κρέων
τὸν τῇδε δύσνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει,κτλ.

in constructione verbi *ἀρέσκει* non iniuria offenderunt recentiores editores. frustra obmoventur Homerica illa *κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς* (Il. *κ*, 52) *Ἕκτορα ἀεικέα μήδετο ἔργα* (*χ*, 395) et aliae interpretationis machinationes, vid. Schneidew. equidem si posterior versus deesset, nihil desiderarem, quem miror adhuc infestas criticorum quorundam manus effugisse, quamquam si prioris versus emendatione succurri potest, nescio an Nauckii coniectnrae *σὺ ταῦτα δράσεις* facilitate praestet mea

σὺ ταῦτα ῥέξεις vel potius
σὺ ταῦτ' ἄρ' ἔρξεις.

cf. Phil. 684 *ὃς οὔτ' ἔρξας τιν' οὔτε νοσφίσας — ὤλλυτο*, Aesch. Sept. 100 sq. Herm.

τί ῥέξεις; προδώσεις,
παλαίχθων Ἄρης, γᾶν τεάν;

futuro *ἔρξω* Sophocles usus est Phil. 1406, *ῥέξω* OC. 1725 Ph. 1191 (*ῥέξοντες*).

plane apta ac paene necessaria est particula *ἄρα*. non opus monere simillima esse autiqua scriptura *ἄρ' ἔρξεις* et

[7]) Blaydesii coniectura *τί δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς εὖ πράξειέ τις* grammaticas tantum si quae sunt difficaltates removet.

ἀρέσκει. ut hic *ξ* et *σκ*, sic Eur. Iph. Taur. 999 Herm. *ξ* et *κσ* permutata. parum verisimile est quod Nauckius de vitii origine dicit: ‚die jetzige lesart erklärt sich aus der annahme, dass *σοὶ* statt *σὺ* geschrieben war', immo falso lectum *ἀρέσκει* effecit ut *σὺ* in *σοὶ* mutaretur.

Iniuria a nonnullis tentatum est *Κρέων*, etiam ab Heimsoethio Martini coniecturam *ποιεῖν* probante (krit. stud. I. p. 67), cum honoris causa eiusmodi personarum designationes qualis *παῖ Μενοικέως Κρέων* adhibeantur, cf. v. 155 sq. *ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας | Κρέων ὁ Μενοικέως* (cf. Schneidew.), 1180 sq. *καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ | δάμαρτα τὴν Κρέοντος*, Ai. 331 *Τέκμησσα, δεινά, τᾶι Τελεύταντος, λέγεις*, OC. 549 *καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμὶν Αἰγέως γόνος | Θησεὺς — πάρα*, Phil. 4 *Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε*, Stuerenburg quaestt. Soph. Berl. 1864. p. 50; Antigonae l. 1180 sq. is non intellexit.

Electrae versus illi pulcherrimi summum spirantes dolorem 185—192 vitio obliterantur quod cognitum quidem est sed nondum probabiliter correctum.

editur vulgo inde a v. 189

ἀλλ' ἀπερεί τις ἔποικος ἀναξία
οἰκονομῶ θαλάμους πατρὸς ὧδε μὲν
ἀεικεῖ σὺν στολᾷ
κεναῖς δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις.

primus Schneidewinus vitium perspexit optimeque exposuit his verbis: ‚Electra kann sich nur an, nicht um einen tisch stellen. niemand aber stellt sich um zu speisen an einen leeren tisch. auch kann El. seit dem tode ihres vaters zwar kärglich gelebt (vgl. 361 f.), nicht aber mit *κεναὶ τράπεζαι* ihr dasein gefristet haben'. Schneidewino assentitur Nauckius. *ἀμφίσταμαι* etiam Meinekio gravissimae offensioni fuit, qui in Anall. Soph. p. 252: ‚quis enim, inquit, unquam mortalis natus mensam sive quadratam sive rotundam ab omni parte circumstare substinuit? nisi forte Cagliostro, famosissimo praestigiatori, similis fuit, uno eodemque horae momento per universas Parisiorum portas erumpenti. ineptissime igitur in Sophoclis loco *ἀμφίσταμαι* dictum est'.

defendit quidem vulgatam G. Wolffius interpretans: statt an voller tafel zu sitzen, stellt sie sich nahrung suchend bald

an diesen bald an jenen tisch, sie geht um sie herum und findet sie leer', similiter Dindorfius (ed. Lips. IV. p. XV.): ‚recte *ἀμφίστασθαι τραπέζαις* etiam una dicitur persona, quae mensam ambit et modo hic modo illic subsistit'. sed neuter exemplis sententiam suam firmavit; quae Heimsoethius ad defendendum *ἀμφίσταμαι* comparat (krit. stud. I. p. 353) *ἀμφίκλυστος* quod non solum de insula sed etiam de quavis ora maritima dicatur, et *σάκος τινὶ ἀμφικαλύπτειν*, parum apta ea sunt. praeterea nonne ridiculum est Electram mensas ambire? an fortasse multo fletu multisque lacrimis oculorum acies ita imminuta erat ut mensas ambiret manibusque attrectaret visura vacuae essent necne?
mittamus tam quaesitas ineptasque explicationes loci aperte corrupti cui coniectura succurrendum est. Schneidewinus scribebat *κοινᾶς δ' ἀφίσταμαι τραπέζας*, egregio sensu sed perverso metro, cf. Nauck. in app. crit. ad Electr. Hartungi *κενὰ δ' ἀμφίσταμαι* non melius est vulgata, in qua etiam vocula *δὲ* non admodum placet. Meinekius corrigendum putat *κεναῖς δ' ἐφίσταμαι* et in strophico versu *ποθῶν δ' ἀπαξιοῖ*. sed nullo modo retineri potest *κεναῖς τραπέζαις*, quod cave *καθ' ὑβερβολήν* dictum existimes; eodem iure aliis locis ubi in matrem et Aegisthum Electra acerbissime invehitur, eam figuram statuere liceret, et profecto non candidi integrique virginis mores apparerent.

Mihi Sophocles Electram ita loquentem fecisse videtur: ‚tamquam indigna inquilina dego patris in thalamis, ita indecora veste, qua induta etiam a mensa recedo'. pudor quippe indigni vestitus vere muliebris ille retinet eam, ne in conspectu decore vestitarum sororum reliquaeque familiae sola sordida adsit. ipse Oedipus Coloneus de vili veste sua queritur (1357 sq.) *κἄθηκας ἄπολιν καὶ στολὰς ταύτας φορεῖν | ἃς νῦν δακρύεις εἰσορῶν.* (v. 1258 Polynices de patre *ὃν ἐφεύρηκα ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδε*).

scribendum igitur censeo
ἐν ᾇ κἀφίσταμαι τραπέζας (vel —*ᾶν*).

proxime accedit haec emendatio ad scripturam optimi codicis qui a pr. m. scriptum exhibet *ἀφίνταμαι*, ex quo recentior *ἐφίσταμαι* fecit. hoc *ἐφίσταμαι* in caeteris omnibus codicibus extat, unus tantum cum Eustathio *ἀμφίσταμαι* habet, quod neglecta Laurentiani auctoritate editores recentiores receperunt, quia scilicet metro satisfaciebat. vitium proclive erat literarum similitudine: *ΙCΕΝΑΙCΑΦ ΕΝΑΙΙCΑΦ*. de praepositionis *ἐν* usu cf. Matth. gr. p. 1340, 2 afferens inter alia ex Pind. Isthm. 6, 53 *ἐν ξυνῷ λέοντος στῆναι*, pelle indutum stare.

In eodem cantico paullo infra v. 223 sqq. Electra ad chorum:

ἀλλ' ἐν γὰρ δεινοῖς οὐ σχήσω
ταύτας ἄτας,
ὅφρα με βίος ἕξῃ.
τίνι γάρ ποτ' ἄν, ὦ φιλία γενέθλα,
πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος,
τίνι φρονοῦντι καίρια;

diversae huius loci sunt explicationes. quaeritur cum quo vocabulo construendus sit dativus *τίνι*: scholiasta eum iungit verbo *ἀκούσαιμι*; ut sit *παρὰ τίνος*. id probarunt Bruncknius et Hermannus, qui insolentius dativum *τίνι* ita iunctum dicit; quia in eo lateat significatio verbi *πείθεσθαι*. quod vereor ut recte vir summus iudicaverit. saepissime quidem, quod nemo nescit, *ἀκούειν* ista significatione usurpatur, sed h. l. propria audiendi significatione positum satis indicat accusativus *πρόσφορον ἔπος*. aliam rationem iniit Monkius *τίνι πρόσφορον* iungens et sic convertens: ‚for whom, what person of due sensibility, can the language (of consolation) befit, which I shall hear?' hanc sententiam Hermannus neque aptam esse nec quomodo e Graecis elici possit intellegi rectissime vidit, ut G. Wolffium mirer, qui eam secutus est. restat tertia et ultima quae excogitari potest xplicatio a Schneidewino proposita, prioribus saltem praeferenda. is *τίνι* interpretatur ‚cuius iudicio, in wessen augen'. neque tamen Electram sic locutam arbitror, ut innueret chorum non *καίρια φρονεῖν* vel *καίρια φρονοῦντα* veram sententiam suam non expromere et per speciem dumtaxat consolari. alius enim sensus secundum Schneidewinum et etiam Hermannum loco non inest nisi fere hic: ‚mittite me, mittite; si causam meam opportune consideraretis, simul videretis

nulla mihi omnino solatia esse posse'. immitius id in chorum tam benevolum graviterque domus Atridarum calamitates dolentem dictum foret. satius erat Electram dicere, nemini consolationem fieri posse, qui quidem tali oppressus infortunio recte sentiret (f. v. 257 sq.), quod ad sorores Chrysothemin et Iphianassam spectat, quae de calamitate domus facile se consolantur fletui et lacrimis parcentes (cf. 153 sqq.), nimirum non *καίρια φρονοῦσαι* illae. itaque non dubito exigua mutatione scribere

τίνι γάρ ποτ' ἔτ', ὦ φιλία γενέθλα,
πρόσφορον ἀκοῦσαί 'στ', ἔπος,
τίνι φρονοῦντι καίρια;

pro *ἄν*, quod in libro Laur. deest, posui *ἔτ'*, quae particula et facilius post *ποτ'* excidere potuit (*ΠΟΤΕΤ*) et prorsus apta est, cf. 875 sq. *πόθεν δ' ἄν εὕροις τῶν ἐμῶν σὺ πημάτων | ἄρηξιν, οἷς ἔασιν οὐκ ἔτ' ἔστ' ἰδεῖν;* sic enim pro *ἔνεστ' ἰδεῖν* admodum probabiliter coniecerunt B. Thierschius G. Wolffius Schneidewinus favente codd. nonnullorum scriptura *οὐκ ἔνεστ' ἔτι* et Laur. in quo supra *ἰδεῖν* scriptum est *ἔτι*. OT. 892 sq. *τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνὴρ θυμοῦ βέλη | εὔξεται ψυχᾶς ἀμύνειν;* 1339 *τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἢ στερκτὸν ἢ προσήγορον | ἔτ' ἔστ' ἀκούειν ἡδονᾷ;* non parum hic OT. locus in conjecturam meam facit.

Perfacile duo vocabula in unum coalescunt, quorum alterum vocula est monosyllaba apostropho ad unam duasve literas redacta e. g. *δέ, γε, τε, με, σφε.* ut in pronuntiando arcte coniuncta audiuntur, ita in scribendo saepe falso iuncta sunt a librariis et veram sententiam obscurarunt.

OC. 1132 sqq. in omnibus codd. leguntur

καί τοι τί φωνῶ; πῶς δ' ἂν ἄθλιος γεγὼς
θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρὸς, ᾧ τις οὐκ ἔνι
κηλὶς κακῶν ξύνοικος; σὺκ ἔγωγέ σε
οὐδ' οὖν ἐάσω.

Hermannus scripsit *πῶς σ' ἄν* et *ᾧ τίς*, eumque omnes editores secuti sunt. contra ea Meinekius librorum scripturam revocavit, v. eius disputationem in praef. Oed. Col. p. VII sqq. particulam quidem copulativam *δέ* frustra tuitus videtur, delenda enim est ex ipsius coniectura. sed iure defendit *ᾧ τις* discrimen quod Hermannus inter *ὅστις* et *τις*

οὐ statuit nullum esse docens.[8]) verum neque Meinekius nec alius quisquam in *γεγώς* offendit quod recte se hic habere ut credam non adducor. quis non expectat *πῶς ἂν ἄθλιός γ' ἐγώ; ἐγώ* cum emphasi positum (ut 1134) necessarium videtur oppositionis causa: ego infelix (impurus) qui tangam te integrum prorsus scelerisque purum? languidius certe est *γεγώς*. cf. OT. 373 (Tiresias de Oedipo) *σὺ δ' ἄθλιός γε ταῦτ' ὀνειδίζων*. similis oppositio in Soph. frgm. Polyx. ap. Stob. tit. XLIX *πῶς δῆτ' ἐγὼ θνητός γ' ἂν ἐκ θνητῆς τε φύς | Διὸς χενοίμην εὖ φρονεῖν σοφώτερος;*

In seqq. verbis Meinekius scribi vult *οὐκ ἔγωγέ σου οὐδ' οὖν σ' ἐάσω*, mutans *σε* in *σου* et post *οὖν* inserens *σ'* cum Musgravio. vereor ut sit necessarium *σου*, nam *σε* Elmsleii interpretatione satis defensum est recteque monuit Bothius facile haec ad *φιλήσω τὸ σὸν κάρα* referri posse propterea quod hoc ipsum *θιγεῖν* nihil aliud sit quam *φιλῆσαι*. iure autem ad *ἐάσω* poscitur accusativus. quamquam non *σε* sed *με* praefero et *οὖν* in *αὖ* mutandum puto. sensus: *οὐκ ἔγωγέ σε φιλήσω οὐδ' αὖ μ' ἐάσω φιλεῖσθαι ὑπὸ σοῦ*[9]). *αὖ μ'* falso iunctum (*ΑΥΜ*) facile in *ΟΥΝ* abire poterat, nisi dittographiam negationis *ΟΥΔ* statuere praestat. *αὖ* et *οὖν* saepius confusa, vid. Elmsleius ad Med. 299. *οὐδ' αὖ* ap Soph. legitur Ai. 1118, El. 911, 1034, OT. 1373, frgm. Phaedr. ap. Stob. Floril. tit. LXIII. *οὐδ' οὖν* hoc uno loco; dubito etiam num apud alios inveniatur poetas, cum nec Matthiaeus nec Kruegerus ullum exemplum attulerint, Klotzius autem ad Devar. de Gr. l. partt. II p. 716 unum solum neque prorsus

[8]) quod Dindorfius (ed. Lips. IV. p. XLIV.) profert, verbit τις οὐ pro οὔτις acceptis perverti sententiam, verbis gravissimis κηλὶς κακῶν ξύνοικος, quae Oedipi condicioni describendae aptissima sint, ad Theseum relatis, de Oedipo vero nihil amplius dicto quam ἄθλιος γεγώς, fallitur vir doctissimus non animadvertens, quae negative de Theseo dicta sint, affirmative de Oedipo obtinentia cogitanda esse. perspicue id sensus docet. nec erat cur idem ἄθλιος suspectaret audacissimeque coniiceret πῶς ἂν ἁγνὸν ὄντα σε. optime conspirant ἄθλιος et ᾧ τις οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν, quorum utrumque non aperte sed tecte atque obscurius Oedipi flagitia indicat.

[9]) quod arroganti verborum strepitu praemisso coniecit Chr. Sehrwald (in quaestt. crit. et exeget. in Soph. Oed. Col. spec. p. 13), silentio praetermittere sat est.

simile ex Plat. rep. p. 492 E *οὔτε γὰρ γίγνεταί πω οὔτε γέγονεν οὐδέ πού μὴ γένηται ἄλλοῖον ἦθος.* Homerus *οὐδ' οὖν* non usurpavit, cf. Krueg. II 69, 62, 2. sed et apud tragicos et apud Homerum passim occurrunt *οὔτ' οὖν, μήτ' οὖν*, ap. Soph. quidem semel *οὔτ' οὖν* OT. 90, semel *μήτ' οὖν* 271. ex Aeschylo affert Klotzius l. l. de *μήτ' οὖν* Agam. 451 sq. Herm., de *οὔτ' οὖν* ex Eurip. Andr. 328 sq. Herm. Matthiaeus gr. §. 625, 5 citavit de *οὔτ' οὖν* Herod. 9, 26, Pind. Ol. 6, 32, 87, Eur. Andr. 732, Plat. legg. p. 943 D. Homeri locos collegit Krueg. l. l.: *οὔτ' οὖν* Il. ρ, 20, Od. α, 414, β, 200; *οὔτε τις οὖν* Il. v, 7, Od. λ, 200; *μήτ' οὖν* ρ, 401; *μήτε τις οὖν* Il. ϑ, 7.

Alterum eiusmodi vitium deprehendisse mihi videor fab. eiusdem v. 1108 in dulcissimo illo inter Oedipum et restitutas ei filias colloquio

OI. ποῦ δῆτα, ποῦ 'στον; AN. ἄϑ' ὁμοῦ πελάζομεν.
OI. ὦ φίλται' ἔρνη. AN. τῷ τεκόντι πᾶν φίλον.

mire frigidum est atque humile Antigonae *τῷ τεκόντι πᾶν φίλον.* quis ita hebetis rudisque ingenii est quin persentiscat totam huius loci venustatem illo *πᾶν* sic nude posito pessime corrumpi ac prorsus communem vilemque sententiam generose cogitanti virgini obtrudi? si Sophocles sensum quem vulgo inveniunt exprimere voluisset, scribere debebat *πᾶν τεχθέν, πάντα τέκνα* vel simile quid. verum ne hoc quidem satis aptum esset nec secundum veritatem patri omnes liberos caros esse, quod vel ipsius Oedipi eiusque filiorum exemplo luce clarius videre licet. accedit quod in hoc pariter atque in seq. versu non enuntiata sententiaeque generales sunt qualis est illud *τῷ τεκόντι πᾶν φίλον*, sed patris et filiae mutuae exclamationes, quae in gaudio magno atque insperato semper esse solent. quare ut Antigona et moribus suis convenienter loquatur et commoto suo animo, qui locos communes non patitur, scribendum conieci

τῷ τεκόντι γ' ἂν φίλα,

patri i. e. tibi quidem carae, (sed detestabiles aliis). errore facillimo ex *ΓΑΝ* nasci potuit *ΠΑΝ*. alibi *γ' ἄν* in *γὰρ* depravatum est, ut Eur. Med. 575 Elmsl. Soph. OC. 565, quo l. veram scriptionem restituit Vauvilliersius. Antigonam modeste coniugii calamitatem tangere bene observavit Reisigius. ceterum etiam non admonitus pulcram diverbii concinnitatem agnosces quod iam sic habet

ὦ φίλται' ἔρνη—τῷ τεκόντι γ' ἂν φίλα.
ὦ σκῆπτρα φωτός—δυσμόρου γε δύσμορα,

simulque admirabere insignem poetae artem in exprimendis Oedipi et Antigonae affectibus. cf. 327 sq. 331 sq. all.

Venio ad vocum similium permutationem qua saepissime sine dubio a librariis peccatum est. quo magis duo plurave vocabula et literis et significatione inter se aequabant quoque paucioribus iisdemque ductu similibus literis differebant, eo minus a permutatione, quae fere semper depravatio est, erant tuta. imprimis leves illae et quasi fluidae particulae quae sententias vinculo connectunt variumque orationi colorem tribuunt, scilicet non minimam Graecae linguae efficientes praestantiam, sexcenties in libris mss. aliae pro aliis positae sunt. neque semper librarios in hac re reprehendere fas est si e. g. *TE* an *ΓE* in codice scriptum esset dignoscere non poterant et falsum descripserunt, cum nonnullarum similium vocum, particularum maxime, adeo subtile et difficile multis locis sit discrimen, ut etiamnum inter viros doctos non conveniat. etiam grammaticis permulta imputanda sunt. singulare quoddam permutationis genus attigit Porsonus ad Phoen. 1277 his verbis: nullum erroris genus frequentius quam ubi eaedem vel valde similes lineae diversas literas constituunt. hinc perpetuo confunduntur aut a se invicem perduntur *ΓΤ,Π,ΤΓ*.

rem exemplis illustrabo. Initium faciam a colloquio Oedipi et Ismenae post longum tempus sese revisentium, gratia illo atque animorum commotione eo quod modo emendare studui etiam praestantiore. leguntur enim in editionibus post Musgravium et Hermannum OC. v. 331 sqq. ita scripti

Οι. ὦ σπέρμ' ὅμαιμον. Ισ. ὦ δυσάϑλιοι τροφαί.
Οι. ἦ τῆσδε κἀμοῦ; Ισ. δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.

in his adeo inepta vel potius absurda est Oedipi interrogatio *ἦ τῆσδε κἀμοῦ*, ut incredibile sit patienter eam tulisse interpretes. profecto non multum versiculi 332, qui in codd. post v. 327 collocatus est, sola transpositione efficitur, nisi simul corrigis *ὦ τῆσδε κἀμοῦ* (*δυσάϑλιοι τροφαί*). *δυσάϑλιοι τρο-*

φαί recte Reisigius secundum Musgravium vertit, miseriae vitae'. in antiqua scriptura nihil differebant *ἦ* et *ὦ*. de supplendo ad *ὦ τῆσδε κἀμοῦ* ex antecedentibus vocativo cf. Phil. 242 *ὦ φιλτάτου παῖ πατρὸς, ὦ φίλης χθονός.*

hac emendatione iam facta ex Reisigii et Hermanni annotationibus cognovi Marklandum traditam versuum retinentem dispositionem coniecisse *ὦ τῆσδε κἀμοῦ* o hanc et me miseros! quid haec exclamatio inter vv. 330 et 333 sibi velit equidem non intellego. collaudavit tamen Reisigius eam coniecturam atque recepit, cum alienissimam esse quisque perspiciat paullo attentius eam considerans in sententiarum connexu:

πρόσψαυσον ὦ παῖ — θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.
ὦ τῆσδε κἀμοῦ — δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.
τέκνον τί δ' ἦλθες; — σῇ πάτερ προμηθίᾳ.

iure recentiores Marklandi inventum repudiarunt. accedit quod apud Sophoclem quantum sciam interiectio *ὦ* cum genetivo non invenitur. ceterum patet meae coniecturae rationem ab Marklandi plane diversam esse.

El. v. 466 sq. legitur

δράσω· τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον
δυοῖν ἐρίζειν, ἀλλ' ἐπισπεύδειν τὸ δρᾶν.

quam scholiasta affert explicationem *οὐκ ἔχει λόγον τὸ φιλονεικεῖν περὶ τοῦ δικαίου ὥστε περὶ αὐτοῦ δύο ὄντας ἐρίζειν. δεῖ γὰρ τὸν ἕτερον τῷ ἑτέρῳ πείθεσθαι*, eam, licet optima videatur Meinekio, recte animadvertit Schneidewinus et per se miram esse nec cum verbis poetae congruere, quae non aliter verti possunt nisi ad hunc modum: quod iustum est, non habet (praebet) causam duobus cur contendant. est autem generalis sententia. sed quid? nonne sophistam potius aliquem quam simpliciter cogitantem loquentemque Chrysothemin audire videmur? prorsus falsa est ista sententia. an de iniustis solum rebus contentionem fieri putamus ac non vel iustissimas ab iis qui eas iustas verasque non intellegant saepissime neque temere in disceptationem vocari? nec quadrat quod sequitur *ἀλλ' ἐπισπεύδειν* (J. Stobaeus *ἐπισπεύδει*) *τὸ δρᾶν*, cum *τό δίκαιον* non exequendas res iustas, sed universe id quod iustum est significet, sive actio est sive sententia lex edictum.

quae cum ita sint tamen non prohibent me quominus Meinekio adsentiar miranti utrumque versus in *νοθείας* suspicionem adductum esse, quam merito prorsus temerariam nulloqe fundamento nixam opinationem apellavit (v. Anall. Soph. p. 258). Nauckius vitium in *δυοῖν* latere suspicatus coniecit *κλύοντ'* scil. *τὸ δίκαιον*. at saepe quod iustum est audimus sed non agnoscentes non comprobamus, quare praestaret *φρονοῦντ'*, si non leniore medela auxilio veniri posset. scribendum enim ni fallor

τὸ γὰρ δίκαιον, οὐδ' ἔχει λόγον

‚nam iustum hoc est (scil. Electrae consilium) nec causam praebet cur duo de eo contendant.' *τὸ γὰρ* pro *τοῦτο γὰρ* ut Phil. 154, similiter *τὸ δέ* Tr. 1172. cf. Bernhardy. synt. Gr. p. 312, Matth. gr. p. 737, praecipue autem Krueg. Gr. gr, II 50, 1, 2. 4. non est cur suspectemus *δυοῖν*, quod bene Bothius dicit ad descriptionem contentionis pertinere, ut quae minimum inter duos fiat. iunxit autem poeta *δυοῖν* cum *ἔχει λόγον* non cum *ἐρίζειν* (*δύο ἐρίζειν*) notissima constructione usus quam attractionem vulgo vocant.

OT. 681 sq. chorus Iocastae de Oedipi et Creontis rixa sciscitanti respondet

δόκησις ἀγνὼς λόγων ἦλθε, δάκνει δὲ καὶ τὸ μὴ ἔνδικον.

h. l. *καὶ* corruptum esse certissimum mihi est. ridicule si quid aliud dicitur ‚mordet vero etiam iniusta criminatio (non solum iusta)'. immo vel maxime multoque magis quam iusta mordet iniusta. mirum ni stolidissimus quisque id intellegat. Sophocles ipse Ai. 1119 *τὰ σκληρὰ γάρ τοι, κἂν ὑπέρδικ' ᾖ, δάκνει*, ex quo quid n. l. dicendum sit facile cognoscitur. ut enim recte dicatur vel iustissimas criminationes si cum acerbitate atque duritia fiant (*σκληρά*) mordere, simul cogitatione praecipiatur necesse est et iustas criminationes per se non semper mordere, et, quod inde sequitur atque sponte patet, semper mordere iniustas. quapropter legendum arbitror *δάκνει δ' ἀεὶ τὸ μὴ ἔνδικον.*[10]) *δάκνει* pro *δάπτει* rectissimo iudicio scripsit Nauckius, cf. Heimsoeth. krit. stud. I. p. 323.

[10]) nisi magis placet *δάκνει δέ τοι*, particula *τοι* in gnomis a tragicis amatur (Valcken. ad Phoen. 455. Pors. ad Hec. 252) et interdum a librariis obliterata est.

ceterum miror Meinekium qui ipso Aeschyli loco laudato sine ulla corruptelae suspicione scripserit in Anall. Soph. p. 236: ‚quod autem non iustas tantum sed etiam iniustas criminationes laedere dicit, aliam ea de re opinionem secutus est Aristoteles Rhet. II, 3 *οὐ γίνεται γὰρ ἡ ὀργὴ πρὸς τὸ δίκαιον.* sed ut nostro loco Sophocles, ita etiam Ai. 1119'.

Eiusdem fab. v. 1181 Oedipus originem suam atque perpetrata scelera perspiciens exclamat

ἰοὺ ἰού· τὰ πάντ' ἂν ἐξήκοι σαφῆ.

non aptum est *ἄν* cum optativo. ubi Oedipus post varias interrogationum ambages investigationesque tandem omnia clare intellexit, non dubitatione quadam, sed liquido et directe eum dicere consentaneum est

τὰ πάντα δὴ 'ξήκει σαφῆ.

parum differunt *ΠΑΝΤΑΔΕΞ* et *ΠΑΝΤΑΝΕΞ*. particula *δὴ* plane accommodata h. l., cf. El. 1482 *ὄλωλα δὴ δείλαιος* (praecesserant Aegisthi verba *οἴμοι ξυνῆκα τοὔπος, οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως | ὅδ' οὐχ Ὀρέστης ἔσθ' ὁ προσφωνῶν ἐμέ* et Orestis *καὶ μάντις ὢν ἄριστος ἐσφάλλου πάλαι*). Tr. 1145 Hercules Nessi dolo Deianiram deceptam sibique mortem paratam edoctus *οἴμοι, φρονῶ δὴ ξυμφορᾶς ἵν' ἔσταμεν.* (Eur. Hec. 670 *οἴμοι, βλέπω δὴ παῖδ' ἐμὸν τεθνηκότα*). etiam Nauckius indicativum postulat coniiciens *τὰ πάντ' ἄρ' ἐξήκει σαφῆ.* *ἄρα* quidem minus aptum mihi videtur.[11])

OC. 974 sqq. legitur

εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην,
εἰς χεῖρας ἦλθον πατρὶ καὶ κατέκτανον,
μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων εἰς οὕς τ' ἔδρων,
πῶς ἂν τό γ' ἄχον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;

[11]) Nauckii coniecturam postmodo cognovi. aliquoties autem accidit, ut quae mihi in mentem venissent postea iam ab aliis praeoccupata viderem, sic OC. 71 ὡς πρὸς τί; λέξον· ἢ καταρτύσων μολεῖν ab Elmsleio, quam emendationem Meinekius recepit; v. 388 νέον pro τέκνον a Blaydesio; v. 1406 τὰ σκληρὰ—ταῦτα a Sehrwaldo et Heimsoethio (kr. st. p. 28); El. 1337 σὺν βοῇ χαρᾶς a Purgoldo (placet G. Wolffio et Dindorfio); OC. 939 νέμων a Schneidewino (et Heimsoethio); Phil. 151 φρουρεῖν ὄμματι σὸν μάλιστα καιρόν a Seyfferto. OC. 882 suppleveram σάφ' οἶδ' ἔγωγε, iam Spengelius σαφῶς ἐγῷδα, quod vere suppletum opinatur Meinekius, Heimsoethio contra ‚kraft- und saftlos' videtur l. l. p 98.

quid committeret, probe sciebat Oedipus, cf. v. 992 sqq., quibus dicit: si quis te iustum statim occidere velit, nonne pari celeritate tu te defendes et quisquis ille est occides, iustumne sit parum reputans? fallitur igitur Schneidewinus dicens Oedipum patrem occidisse permotum ira; quamquam si nesciens occidit, alia causa cur nesciverit, excogitari non potest quam ira, nisi forte timore et terrore eum plane animo disturbatum putabimus. nusquam tale quid in hac fabula memoratur, cum tamen, si excusando facinori idoneum esset, certe non omisisset in defensione sua (v. 270 sqq.):

καί τοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν,
ὅστις παθὼν μὲν ἀντέδρων. ὥστ' εἰ φρονῶν
ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός.
νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην, ἵν' ἱκόμην,
ὑφ' ὧν δ' ἔπασχον, εἰδότων ἀπωλλύμην.

duo solummodo hic momenta affert, primum quidem ultro petitum, deinde nescientem a quo, sese vim vi propulsasse. cf. 547 sq. *καὶ γὰρ ἀλοὺς ἐφόνευσα καὶ ὤλεσα | νομῷ δὲ καθαρός, ἄιδρις εἰς τόδ' ἦλθον.* in his verbis *ἀλούς* vera emendatio est Hermanni pro *ἄλλους*; Porsoni coniecturam *ἄνους* falsam habeo, etiam Meinekius eam reiicit, quia ‚mente captus' fuisse dici non possit Oedipus cum patrem occideret. Nauckius tamen admisit, interpretatur autem non secundum adnotationem ad v. 976, quae Schneidewini esse videtur, et secundum propriam significationem, sed per *ἀγνοῶν, οὐ φρονῶν*, conferens v. 271. ut omittam adiectivo *ἄνους* eiusmodi significationem inesse nullo eum exemplo probasse, Porsoni coniecturam iam propterea improbo quod defensionis Oedipi rationem quam modo ostendi quamque etiam Schneidewinus cognovit ad v. 547, male pervertit gravissimo defensionis argumento aut omisso aut obscure tantum indicato; praeterea post *ἄνους* supervacuum esset *ἄιδρις*. ceterum *ἀλούς* Meinekius recte vertit ‚oppressus', uti iam multo ante Reisigius in commentt. crit. p. 273.

ad Schneidewinum revertor. is ad firmandam sententiam suam, ira permotum Oedipum quid faceret ignorasse, excitat OT. 807. totum locum inde a v. 805 apponam.

κἀξ ὁδοῦ μ' ὅ θ' ἡγεμὼν οὑτός θ' ὁ πρέσβυς πρὸς βίαν ἠλαυνέτην. | κἀγὼ τὸν ἐκτρέποντα, τὸν τροχηλάτην | παίω δι'

ὀργῆς· καί μ' ὁ πρέσβυς ὡς ὁρᾷ | ὄχους παραστείχοντα τιρήσας μέσον | κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο. | οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν, ἀλλὰ συντόμως | σκήπτρῳ τυπεὶς ἐκ τῆσδε χειρὸς ὕπτιος | μέσης ἀπήνης εὐθὺς ἐκκυλίνδεται· | κτείνω δὲ τοὺς ξύμπαντας. hic quidem aurigam solum *δι' ὀργῆς* a se incussum esse distincte dicit Oedipus (806 sq.); scilicet expectari poterat ut, qui foedam ultro per iniuriam via detruderetur, iram conciperet iraque incensus contumeliam ulcisceretur. Laium vero ut occideret non ira impellebatur sed suae vitae servandae studio (OC. 995 *δοκῶ μὲν εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον τίνοι' ἄν*), cf. Reisig. l. l. p. 272. alia praeterea est in Oed. Col., alia in Oed. Regis fabula ratio. in altera Oedipus quae ad caedem Laii pertinent omnia accurate enarrat, quia hoc solo modo originem suam investigare potest; in altera autem facinus defendere atque excusare studet, quare prudenter Laii comitum occisionem reticet, et ob eandem causam non protulit nec proferre debuit se ira abreptum necem perpetrasse. perexigua profecto ea excusatio foret, qua clare appareret, eum illatam iniuriam non pari, sed iusto maiore iniuria propulisse itaque culpa non immunem esse. at hoc ipsum ostendere vult Oedipus se, *τὸν δίκαιον* (992), optimo iure egisse nec a quoquam vere reprehendi posse, ne a patre quidem si viveret (998 sq.); sese egisse ut in simili condicione quisque iustus acturus fuisset. atqui nemo certe, ubi de vita agitur, licet forte iratus sit, ira ita impotenter obcaecatus est, ut quasi furore demens suique impos, quid faciat omnino ignoret (*μηδὲν ξυνιείς*). prorsus igitur iram interserendo causam suam ipse corrumperet. et quanam obsecro ratione non discrepant, quod Oedipus et iniuriam se ulcisci voluisse affirmat (271) et suam vitam tueri (992 sqq.) et tamen simul ira percitum se fuisse profitetur adeoque confusum, ut quid faceret plane nesciverit? quae si recte disputavi meo iure scribere videor

μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων εἰς οὕς γ' ἔδρων,[12])

i. e. nesciens in quos perpetrarem quae patravi. in vulgata, si quidem per se stare posset, iure bis *τε* positum expe-

[12]) minus probo si quis aut delere particulam τ' aut deleta post ὧν inserere γ' malit.

ctaretur: *ὧν τ' ἔδρων εἰς οὕς τ' ἔδρων*, nam utrumque Oedipus distincte negare debebat, cf. OT. 1184 *φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν, ξὺν οἷς τ' οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τε μ' οὐκ ἔδει κτανών.*

OC. 500 omnes fere codices habent

ἀλλ' ἐν τάχει τι πράσσετον, μόνον δέ με
μὴ λείπετ'.

τι non aptum, nam de certo (497 sqq.) et definito mandato sermo est. intellexit Bornemannus pro *τι* scribens *τοι*, quem secutus est Hermannus. Schneidewinus scribebat *ἐν τάχει τῳ* laudans Ai. 853. nescio an faciliore mutatione reponendum sit *τε*, cui respondeat *δέ*:

ἀλλ' ἐν τάχει τε πράσσετον μόνον δέ με
μὴ λείπετ'.

librarius errasse videtur similibus praecedentis versus literis deceptus

ΨΥΧΕΝΤΑΔΕΚΤΙΝ
ΑΛΛΕΝΤΑΧΕΙΤΕΠ.

quae opinio fortasse a duobus codicibus nonnihil praesidii habet, in quibus teste Hermanno *τι* omissum est. de *τε—δέ* cf. Ant. 1096, Tr. 285, 333, Matth. gr. p. 1502. simile est *τε—καί* ubi diversas inter se sententias iungit, cf. OC. 113, 494, Phil. 48.

frustra vulgatam defendit Meinekius. ‚non raro, inquit, graeci sermonis modestia *τι* dicit in re certa et definita'. verum id est, sed ita, ut tempestiva sit modestia illa reique adcommodata, quod minime in hunc locum cadit, ubi gravissima non suadentem sed mandantem patrem parum deceret ineptam erga filias modestiam prae se ferre. contrarie ut mandatum certissimum idemque gravissimum est, ita certe et distincte Oedipus loqui debet cumque gravitate. quapropter nihil efficiunt exempla a Meinekio allata Aesch. Agam. 1059 (1018 H.) *σὺ δ' εἴ τι δράσεις τῶνδε=εἰ δράσεις ταῦτα*, Suppl. 599 (584 H.) *σπεύσεις τι* (Herm. *σπεῦσαί τι*) *τῶν βούλιος φέρει φρήν*, in quibus ne imperativus quidem modus est.

Haud minus saepe quam *γε*, *τε*, *δέ* particulae permutatae sunt cum aliae tum *εὖ*, *οὖ*, *ἦ*, quarum duae priores literis prope nihil differunt. duo nova eiusmodi vitia prae-

clare nuper sustulerunt Spengelius et Meinekius, alter quidem e Phil. 672 (cf. Philol. XX. p. 292), alter ex OT. 308 (cf. Anall. Soph. p. 226).

OC. 22 libri et scripti et impressi Antigonam ad caeci patris verba *κάθιζέ νύν με καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν* haec respondentem faciunt

χρόνου μὲν οὕνεκ᾽ οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.

bene animadvertit Chr. Sehrwaldus (quaestt. crit. et exeg. in Soph. Oed. Col. spec. Altenb. 1864 p. 4) filiam, cuius auxilium in considendo a patre caeco et sene rogetur, non sine arrogantiae crimine talia posse respondere frustraque defendi ab Hellero et Schneidewino. quorum alter dicit acerbitatis aliquid huic sententiae inesse videri adversus fortunam, non adversus patrem; adstipulatur Schneidewinus: ‚Ant. seufzt auf, indem sie den vater setzt, und äussert in augenblicklichem missbehagen über ihr beiderseitiges geschick, aber ohne bitterkeit gegen den vater, die länge der zeit habe sie genug gelehrt'. ea prosus arbitraria explicatio est, quam si Sophocles voluisset, aliter loqui debebat. coniicit igitur Sehrwaldus *χρόνου μὲν οὕνεκ᾽ εὖ μαθεῖν μ᾽ ἔδει τόδε*, quod admodum mire ac delicate interpretur, in id ipsum vitium quo Helleri et Schneidewini explicationem laborare vidit, satis superque ipse delapsus.[13]) sed bonum facilemque sensum habes solo *οὐ* in *εὖ* mutato:

χρόνου μὲν οὕνεκ᾽ εὖ μαθεῖν με δεῖ τόδε,

‚propter (longum) tempus bene me hoc didicisse oportet'. sententia haec fere: noli curare pater; satis longo ex tempore adsuevi hoc facere, ut bene iam scire debeam ubi optime te collocem.[14])

[13]) explicat enim hoc modo: Antigona versum, de quo agitur, tum demum pronuntiat, quum iam patrem fatigatum in eo quem ipse providerat lapide collocavisset. non facile filiae fuisse putaverim, senem imbecillum ac fessum ita sustentare, ut ille considens doloribus omnino careret. omnis vero dolor, quem Ant. a patre prohibere non potest, ita in animum eius penetrare videtur, ut sibi irascatur, quod quamquam ex tam longo tempore curet, tamen in curatione eius sibi non omnia tam bene cedant, ut ipsa cupiat. itaque ne tum quidem, quum patrem in lapide illo collocavisset, sibi satis fecisse videtur'.

[14]) Meinekius in Anall. Soph. ad O. T. 308 adnotavit nullo alio loco Sophoclem μανθάνειν εὖ coniunxisse, qui, si vim notionis quae subsit verbo

Eiusdem fab. v. 62 sq. legitur

τοιαῦτά σοι ταῦτ᾽ ἐστὶν, ὦ ξέν᾽, οὐ λόγοις
τιμώμεν᾽, ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.

de h. l. Hermannus ita disputavit: interpretationes horum versuum quae permirae a viris doctis allatae sunt, apud Reisigium videre licet. mihi hoc dicere videtur Atheniensis

μανθάνειν intendat, ἐκμανθάνειν dicat constanter. quo si quis commotus malit ἐκμαθεῖν με δεῖ τόδε, non obstinate quidem repugno, quamquam vehementer dubito num Meinekii observatione fretum Sophocli locutionem εὖ μανθάνειν abiudicare liceat. verum est in Sophoclis quae supersunt fabulis nec εὖ μανθάνειν nec καλῶς μανθάνειν nec similia inveniri, tamen praepropere ageret qui hac de causa a Sophoclis usu talia non esse aliena negaret. ea saepissime significatione Sophocles adhibuit μανθάνειν, qua plerumque aut non aptum aut non necessarium est eiusmodi adverbium quale εὖ, καλῶς, significatione scilicet audiendi cognoscendi aliquid ab aliquo. quod Meinekius dicit ἐκμανθάνειν esse apud nostrum constanter intentionem verbi μανθάνειν, animadvertendum est, interdum quidem nullum fere inter μανθάνειν et ἐκμανθάνειν discrimen posse dignosci, luxuriat enim Sophocles in usu verborum praepositionibus iunctorum, cf. Meinek. ad OC. v. 11; at sic non etiam εὖ μανθάνειν et ἐκμανθάνειν prorsus idem significare, ita ut priore omnino careri possit, sed, quamvis non magnum, existere discrimen quoddam, velut si nos dicimus ‚gut lernen' et ‚vollständig lernen'. graece autem fortius quam ἐκμανθάνειν dici existimo εὖ μανθάνειν, quae fortior dictio nisi raro non postulatur, ut hoc Oed. Col. loco ubi eam aptissimam atque necessariam esse unusquisque intellegit ad exprimendum eum sensum quem a Sophocle expressum fuisse credo. verbis quoque διδάσκειν, ἐκδιδάσκειν Soph. in fabulis superstitibus adverbia εὖ, καλῶς, σαφῶς non iunxit, non quod ἐκδιδάσκειν notionem εὖ διδάσκειν comprehendat nihilque differant ἐκδιδάσκειν et εὖ διδάσκειν, sed quod illa adverbia verbo διδάσκειν, cuius imperativo potissimum Sophocles usus est, plerumque nec necessaria nec adeo commoda sunt. commodis vero locis poetam ut εὖ μανθάνειν ita εὖ διδάσκειν adhibere potuisse adhibuisseque mihi quidem certissimum est. quid? qui bis εὐμαθής dixit (Ai. 15, Tr. 614), cur idem εὖ μανθάνειν respuerit? aut quod semel tantum σαφῶς ἐκμαθεῖν dixit (OT. 1065, σαφέστατα 286) et semel tantum εὖ ἐπέγνως (Ai. 18) atque εὖ γνῶθι (Phil. 1165), idcirco eum καλῶς ἐκμαθεῖν, εὖ ἐκμαθεῖν, σαφῶς μαθεῖν, καλῶς μαθεῖν, εὖ μαθεῖν, καλῶς γιγνώσκειν, alia unquam dixisse dubitemus existimare? cum constet, poetam verbo εἰδέναι et εὖ (OT. 59, 959? 1113, 1483, Ai. 1308, El. 605, Tr. 1107, Ant. 166, 1043) et σαφῶς El. 660 (saepius σάφα) et καλῶς (OT. 318, Ant. 18, El. 1018) ac similiter verbo ἐξειδέναι iunxisse εὖ (El. 1244), σαφῶς (OC. 360), καλῶς (El. 527. OC. 269). cavendum utique in his rebus est ne libertatem poetae artioribus quam par est atque demonstrari potes t terminis circumscribamus.

ille, non tam sermonibus hominum et fama haec celebrata esse quam consuetudine et usu in honore haberi. respicit autem praecipue illa quae de Colono dicta sunt. videtur enim haec eo consilio scripsisse Sophocles, ut obscuritatem istius herois apud alios illo honore compensaret quo sui eum populares colerent. haec Hermanni explicatio, si salva est vulgata lectio, unice probanda est, sed vereor ut oppositio verborum *λόγοις* et *ξυνουσίᾳ*, qualem expressit vir eximius, conveniens et a poeta instituta sit. Schneidewini de *λόγοις* sententiam explosit Meinekius, ampullis et sesquipedalibus verbis nihil effici dicens, probavit tamen illum *τὴν ξυνουσίαν* de incolis regionis intellegentem. hoc quidem non recte opinor; ipse dure incolis *λόγους* sic in universum commemoratos opponi perspiciens coniicit *τοιαῦτά σοι τάδ' ἐστίν, οὐ ξένων λόγοις | τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον*, qua coniectura non multo meliorem oppositionem evadere apertum est; nam post *ξένων λόγοις* expectatur genetivus *τῆς ξυνουσίας* qui genetivo *ξένων*, et dativus qui *λόγοις* respondeat. iustam etiam in vulgata offensionem praebet *πλέον*, quod non habet quo referatur. Schneidewinus suspicatus est *λεώ*, Meinekius *γέρον*. meo iudicio vitium loci latet in *οὐ*, pro quo si posueris *εὖ*, optime sibi respondent omnia atque fluunt:

τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν, ὦ ξέν', εὖ λόγοις
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.

caveas autem *λόγοις* secundum interpretationem Schneidewini (‚die *λόγοι* gehen nicht bloss im sinne der heroischen zeit auf verbreitete volkssagen, sondern auch mit rücksicht auf Sophocles selbst auf das schweigen der ältern poesie von diesem orte und seinen heiligthümern') accipias, qua difficultatem non tolli Nauckius quoque confitetur, sed *εὖ λόγοις τιμώμεν'* facile intellegitur ad verecundas compellationes invocationesque spectare qua incolae deos suos praesides (55 sqq.) imprimis *τὰς ἐμφόβους θεὰς* (39) colunt atque honorant. cf. 41 sqq. *τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων; Ξέ. τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν | εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά*, 125 sqq. *προσέβα γὰρ οὐκ | ἄν ποτ' ἄστιβες ἄλσος ἐς | τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν, | ἃς τρέμομεν λέγειν | καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως, | ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς | εὐφήμου στόμα φροντίδος | ἰέντες*. deinde *τῇ ξυνουσίᾳ*

secundum scholiastam quem etiam Hermannus secutus est interpretandum. rectissime enim ille: *τῷ ἔργῳ, τῇ πείρᾳ πλέον τιμώμενα*. oppositionem habemus assimilem notissimae illi qua *λόγοις* opponuntur *ἔργα* (OC. 781 sq. Phil. 555, El. 761 sq. Aesch. Prom. 1084 all.). bene denique nunc habet *ἀλλὰ πλέον*: *λόγοις* deae deique iam *εὖ τιμῶνται* cum ab aliis tum a Coloniatis, at multo magis Coloniatarum *τῇ ξυνουσίᾳ*.

Ant. 1180 sqq. chorus Eurydicam ex aedibus exeuntem conspiciens dicit

καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ,
δάμαρτα τὴν Κρέοντος· ἐκ δὲ δωμάτων
ἤτοι κλύουσα παιδὸς ἢ τύχῃ πάρα.

postrema verba *ἤτοι—πάρα* mire inepta sunt, tamquam si amicum quem tui visendi gratia venturum speres, e domo sua egredientem conspiciens dicas: er kommt aus dem hause entweder um mich zu besuchen oder aus zufall. stolidissimum profecto chorus se praestitit, si Eurydicam, quae nuntii verbis vehementissime perculsa erat (1188 sq.), pallidam vultu ac perturbatam ex aedibus ruentem conspiciens non animadvertisset eam non casu venire. Stuerenburgius etiam in verbis *δάμαρτα τὴν Κρέοντος* offendit, quae aperte tantum spectatorum caussa addita opinatur, cum nuntius, ad quem haec chori verba dicta sint, quae sit Eurydica perbene sciat. non attendit vir bonus, etiamsi nuntius non adesset, aptissima esse illa verba quae non canantnr ab universo choro, sed a solo chorago pronuncientur ad chorum converso. subodoratur autem interpolatorem qui ex explicatione *τὴν Κρέοντος δάμαρτα* et ex argumentatione *ἤτοι κλύουσα παιδὸς ἢ τύχῃ ἐκ δωμάτων πάρα* duos versus consarcinaverit, poetam autem choro hunc unum versum tribuisse

καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ.

(cf. Quaestt. Soph. p. 53). quae opinatio mea quidem sententia veri speciem habet perexiguam. Sophocles si quid video, scripsit

ἐκ δὲ δωμάτων
ἦ που κλύουσα παιδός, οὐ τύχῃ, πάρα.

hoc quidem chorus certe cognoscit, non casu Eurydicam venire, illud tantum non prorsus certe, eam de filio audisse,

quare ἦ που dicit non ἤδη, quod minus probarem si cui placeret. ‚ἦπου particula vel potius particulae ἦπου significant οἶμαι, ἴσως, ὡς ἔοικεν aut aliquid eiusmodi'. ita Elmsleius ad Med. 678; multa idem ex Euripide exempla congessit ad v. 1275. necesse erat ΕΠΟΥ in ΕΤΟΙ corrupto οὐ in ἦ mutari.

In oratione illa qua Oedipus Coloneus acerbe in filios suos, Polynicem praecipue, invehitur, v. 1370 sqq. sic leguntur

τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔ τί πω
ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι
πρὸς ἄστυ Θήβης . οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πόλιν
κείνην ἐρείψεις κτέ.

variae vv. dd. explicationes iam satis ostendunt non integros duos priores aut certe alterutrum esse. plerumque G. H. Schaeferi explicatio obtinet, εἰσορᾶν per ‚ulcisci' et οὔ τί πω ὡς αὐτίκα per ‚iamiam' vertentis. verbum quidem εἰσορᾶν interdum eo significatu usurpatur, sed illa οὔ τί πω ὡς αὐτίκα similia esse tritissimis illis ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὔπω, quamquam ne sic quidem ‚iamiam', sed cum Hermanno ‚tantum non statim' vertendum est, iure non probavit Reisigius. et ut probari possit, friget h. l. ista ratio praesertim propter seqq. εἴπερ — Θήβης. admodum enim languide loqueretur Oedipus: ‚proinde numen divinum tantum non statim te ulciscitur, si agmina ista moventur'. Reisigius ad αὐτίκα cum Stephano subaudiens εἰσόψεται sententiam ita reddit: ‚proinde acies numinis cernit te nondum quidem ut cernet mox, ubi cientur agmina . . .' qui sensus verbis ut quidem tradita sunt, si dubiis et incertis abstinere vis, elici solus potest. neque tamen is est quem Sophoclem exprimere voluisse mihi persuadeam. quis enim intercedit cum antecedentibus verbis sententiarum nexus? Schneidewinus quidem convertit: ‚freilich sieht die rächende gottheit noch nicht etwa jetzt dich mit dem auge an, wie alsbald (εἰσόψεται), wenn . . .' sed illud ‚freilich' graece non est τοιγάρ, quae particula potius consecutivam vim habet,[15]) ut infra v. 1380 τοιγὰρ

[15]) apud Soph. nunquam idem valet quod simplex τοι, cf. El. 29, 1165, Ai. 666, 1389, Ant. 931, 944, nostrae fab. 868.

τὸ σὸν θάκημα—κρατοῦσιν, ubi recte vir doctissimus particulam reddit per ‚also'. hanc autem significationem a nostro loco abhorrere intellegens novam ‚freilich' invenit. et sane superioribus versibus ab Oedipo memorata nulla ratione causam verbb. τοιγάρ σ' ὁ δαίμων—αὐτίκ' continere possunt. secundum vulgatam lectionem nihil aliud dicit nisi haec fere: ‚scelere impietatis maximo in me patrem vestrum peccavistis, proinde dii de te nunc (quidem) non ita poenas capiunt ut capient mox', quae inepta esse vel ineptus videat. ut causalis quem vocant nexus existeret, in hunc modum dicendum erat: ‚proinde dii te ulciscuntur, nunc quidem non ita ut mox', graece τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ, νῦν (γε) μὲν οὔ τί πω ὡς αὐτίκα, ubi post εἰσορᾷ interpungatur oportet, ut verba νῦν μὲν οὔ τί πω ὡς αὐτίκα parenthesis loco adponantur, ad quam non pertineat particula τοιγάρ. quomodo vero hanc sententiam in qua nulla vox non necessaria est,[16]) metro accommodes equidem non assequor, nec magis quomodo ipsa satis commoda sit. parum etiam nervose notio ulciscendi h. l. expressa est verbo εἰσορᾶν sic nude posito.

Quae cum ita sint non mirandum de integritate loci dubitatum esse, quem Meinekius iudicat nondum inventum esse, qui vel emendaret vel probabiliter explicaret, addens intellecturum sese si scriptum esset οὔ τί πω ἀλλ' αὐτίκ'. haec coniectura eandem exilem alienamque temporis distinctionem continet quam vulgata lectio. Nauckius de restitutione paene desperasse videtur aperte professus: ‚dass die hand eines interpolators sich hier versucht hat, scheint mir unzweifelhaft; über die ursprünglicke fassung der worte mögen andere entscheiden' in quo non adsentiar viro sagaci; vitium certe locus traxit, sed quod facile tolli posse credam modo scribatur

τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔ τί πω
ἔτ' αὖθις, εἴπερ κτέ.

vel potius οὔ τί πώ | ποτ' αὖθις cll. Ant. 809 νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν ἀελίου κοὔποτ' αὖθις,
i. e. daher sieht die gottheit nicht irgendwie noch fernerhin helfend auf dich herab, wenn . . . oculos a te avertet nu-

[16]) non satisfacit Heimsoethii coniectura εἰσορᾷ νῦν οὔ τί πω (krit. stud. I. p. 51).

men, te deseret. verbum *εἰσορᾶν* ea significatione adhiberi posse vel per se patet. duplicem omnino de diis dictum significationem habere potest, scilicet ulciscendi, ubi irato, tuendi iuvandique, ubi grato propitioque oculo in aliquem despiciunt. ceterum etiam posteriorem significationem interdum apte vertere possumus per ‚ulcisci', quia id verbum ut fere nostrum ‚rächen' ambignum est atque in utramque partem dicitur. cf. El. 110 sqq. *ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρά, | σέμναι τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες, | αἳ τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε | τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους, | ἔλθετ', ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς | φόνον ἡμετέρου.* hic *ἀρήξατε, τίσασθε* respiciunt ad *ὁρᾶτε*, quod eandem cum *ἐσορᾶτε* significationem habere quisque videt ex accusativis *τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας, τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους.*[17]) in varia autem loci nostri lectione *τοιγάρ σ' ὁ δαίμων νῦν ὁρᾷ* quid sit *ὁρᾷ* non liquet quare iam hoc nomine eam reprobo. porro *ἔτ' αὖθις* optime habet, manifesto enim usque ad id tempus *ὁ δαίμων* tutatus est Polynicem et adiuvit qui regis Argivi filiam in matrimonium duxerit exul magnumque sibi paraverit exercitum nunc vero minitatur Oedipus non iam in posterum a numine illum amplius adiutum iri. de temporali v. *αὖθις* significatione cf. OC. 1436, Ant. 810, Ai. 1359, Phil. 82, OC. 1616, 1735. pro *ἔτ' αὖθις* possis etiam *ἐσαῦθις*, de cuius apud tragicos usu mihi quidem non constat. *ἔτ' αὖθις* suspicor olim in codice aliquo scriptum fuisse *ETAYTIC* (cf. Heims kr st I. p. 50), quod facile in *OCAYTIIC* abire poterat. denique praesentia *εἰσορᾷ, κινοῦνται* et infra *κρατοῦσι* summam vaticinantis fiduciam indicant, v. Döderlinius ad v. 1380 apposite conferens Anthol. Pal. XI. 163 *πάντες, ἔφη, νικᾶτε.* ceterum

[17]) inde eleganti coniectura Martinus in progr. Posn. a. 1858 ed. p. 27 proposuit αἳ τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτ', | ἐσορᾶτε δὲ τοὺς αἰκῶς εὐνὰς | ὑποκλεπτομένους. Heimsoethius (kr. st. I. p. 280) coniicit θνῄσκοντας ὁρᾶτ' | εὐνάς τε κακῶς ὑποκλεπτομένους. his duabus coniecturis innixus Sophoclem ita scripsisse suspicor

αἳ τοὺς ΑΔΙΚΟΣ θνήσκοντας ὁρᾶτ',
εὐνάς τ'ΑΙΚΟΣ ὑποκλεπτομένους.

simillima sunt ἀδίκως et αἰκῶς, quae etiam v. 102 permutata sunt. ubi recte Hermannus ex scholio αἰκῶς restituit. sensu quoque praestat αἰκῶς ὑποκλ. v. 112 fortasse legendum σεμναί τ' ὦ θεῶν παῖδες Ἐρινύες.

non praetermittam, Heimsoethium l. l. p. 51 pro *εἴπερ* malle *εἴ ποθ'* dicentem: ‚εἴπερ = λόχοι, an dessen eintreten Oed. nicht zweifelt, muss doch wohl zeitlich sein.'[18])

Non minus quam particularum proclivis fuit librariis et grammaticis praepositionum similium permutatio, cuius duo nova exempla me invenisse reor.

Electra sibi in iis quibus versetur atrocibus malis solatia iam non inveniri posse affirmans chorum ut calamitates suas se deflere sinat rogat

230 *τάδε γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται,*
οὐδέ ποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι
ἀνάριθμος ὧδε θρήνων.

haec Brunckius ita vertit: hic enim luctus nunquam solvetur, nec unquam prae dolore cessabo fletus sine numero fundere. at quo pacto *ἐκ καμάτων ἀποπ.* significare possit ‚prae dolore cessabo', fateor me non intellegere, nam *κάματοι* sunt ‚miseriae', idem quod supra *δεινά*, et *ἀποπαύεσθαι* (*ἐκ*) *τινὸς* est ‚cessare ab aliqua re.' itaque vertere debebat ‚nunquam a miseriis cessabo sine numero sic fundens fletus'. sed hoc ‚nunquam a miseriis cessabo' cum accipiendum sit ut sensum habeat, pro ‚nunquam miseriis liberabor', quis non videt, id a mente Electrae alienissimum esse, quae etiamtum semper sperat fratrem venturum liberatorem ultoremque, cf. 303 sq. *ἐγὼ δ' Ὀρέστην τῶνδε προσμένουσ' ἀεὶ | παυστῆρ' ἐφήξειν,* 165 *ὃν γ' ἐγὼ ἀκάματα προσμένουσ' — οἰχνῶ,* 246 sqq. *εἰ γὰρ ὁ μὲν θανὼν | γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὢν | κείσεται τάλας, | οὔδε μὴ πάλιν | δώσουσ' ἀντιφόνους δίκας, | ἔρροι τἂν αἰδὼς | ἁπάντων τ' εὐσέβεια θνατῶν,* all. praeterea quam languido vel potius nullo vinculo cohaerent in vulgata lectione cum praecedentibus verba *ἀνάριθμος ὧδε θρήνων,* cum vi quadam in fine posita. quae omnia Brunckium perspexisse et interpretatione ceteroquin falsa effugere voluisse crediderim. nihil ad defendendam constructionem faciunt exempla velut 1313 *ἐκλήξω χαρᾶς δακρυρροοῦσα* et quod ex Euripide attulit

[18]) Chr. Sehrwald coniicit (quaestt. Soph. spec. p. 17) εἰσορᾷ μὲν Οἰδίπου, de qua coniectura sufficiet opinor autoris ipsius iudicium audire, raro coniecturam aliquam tanta fiducia in medio proponi posse quanta suam istam.

Kruegerus (gr. Gr. II. 56, 5, 2) *σὺ οὐκ ἀνίης μωρίας λέγουσ' ἀεὶ κακῶς τυράννους*, quorum alia ratio est. ibi enim participia nihil aliud sunt quam epexegesis genetivorum *χαρᾶς* et *μωρίας*[19]); eam nostro loco statuere liceret, si dictum esset *ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι δυστυχοῦσα*, vel *τουτᾶν ἀτᾶν* (cf. 344 et Schneidew.) *ἀποπαύσομαι ἀνάριθμος θρήνων*. nimis autem diversa sunt *κάματοι* et *θρῆνοι*, quam ut alterum alterius epexegesis esse possit. Electra, si quid video, in hunc modum locuta est

οὐδέ ποτ' ἐν καμάτοις ἀποπαύσομαι
ἀνάριθμος ὧδε θρήνων

‚nunquam in miseriis meis (dum ero), fletus sine numero fundere cessabo.' recte iam *ἀνάριθμος θρήνων* pendere potest participii loco ex *ἀποπαύσομαι*. sensus vero aptissimus est et quem quisque expostulat. semper enim Electra profitetur, estque ea fere summa sententia huius cantici inde a v. 86, se lamenta et fletus, donec patris caedes vindicata sit, finire nolle; at nunquam dixit, se calamitates suas non desituram esse, quod in Electra Sophoclea ineptum foret. cf. 103 *ἀλλ' οὐ μὲν δὴ | λήξω θρήνων στυγερῶν τε γόων*, 132 sq. *οὔ δ'ἐθέλω προλιπεῖν τόδε | μὴ οὐ στενάχειν πατέρ' ἄθλιον*, 135 *ἐᾶτέ μ' ὧδ' ἀλύειν*, 145 sqq. 223 sqq. 242 sq. de *καμάτοις* Electrae cf. 185—192, 164 sqq. 261 sqq. et passim. de vitii orgine pro explorato nihil affirmaverim, credibile tamen est stupidum librarium *ἀνάριθμος θρήνων* ab *ἀποπαύσομαι* suspensa esse non animadvertentem, cum genetivum desideraret ad *ἀποπαύσομαι*, scripturam veram corrupisse.

Illustratur etiam coniectura mea poetae ars, qua quod in principio positum est (223 sq.) *ἀλλ' ἐν γὰρ δεινοῖς οὐ σχήσω | ταύτας ἄτας*, in fine cum gravitate repetitur; namque *ἐν δεινοῖς* respondet *ἐν καμάτοις*, *ταύτας ἄτας* autem illis *ὧδε θρήνων*. exemplum habemus argumentationis, qua saepe poeta usus est. proponit sententiam, probat argumentis (v. 226—228), repetit probatam. cf. OC. 631—37.

Alterum permutatae praepositionis exemplum extat OT. 1031, ubi Oedipus nuntium Corinthium interrogat

[19]) Eur. locus exstat in Med. 445 Elmsl. eadem ratio est exempli, quod ex Med. v. 412 Elmsleius citat Μοῦσαι λήξουσ' ἀοισᾶν—ὑμνοῦσαι.

τί δ' ἄλγος ἴσχοντ' ἐν κακοῖς με λαμβάνεις;

verba *ἐν κακοῖς* sine dubio corrupta sunt, quae neque cum *ἄλγος ἴσχοντ'*, neque cum *λαμβάνεις* bene coniungi possint. est in versu tautologia. liber Laur. habet *ἐν καιροῖς* quod in cod. quoque Mon. 500 suprascriptum est teste Heimsoethio (kr. stud. I. p. 42). Dindorfius *ἐν κακοῖς* ex coniectura correctoris scholio adiuti esse dicit; male vero lectis, ut videatur, literis in exemplari antiquiore prope evanidis ortum *ἐν καιροῖς*; Sophoclem *νάπαισι* vel *νάπαις με* vel simile quid scripsisse videri (cf. Soph. edit. Lips. IV. p. XXVII). *ἐν νάπαις* Heimsoethius quoque l. l. vulgatam, quam incertam vocavit Dindorfius, prorsus falsam iudicat Nauckius (Jahnii annal. philol. vol. 85 p. 169). idem *με*, quod in Laur. deest, non necessarium et a correctore insertum contendit, atque emendandum putat *ἓν σκάφαισι λαμβάνεις*, hanc emendationem schol. verbis *κατὰ τὴν ἔκθεσιν* confirmari ratus; *ἐν σκάφαις* enim liberos exponi solitos (tragg. frgm. p. 217, Arist. Lys. 138 sq. Plut. Rom. 3).

ut meam sententiam proponam, mihi non ex scholio vulgata sed contra e vulgata scholium factum videtur, quod ita legitur: *ἀναπυνθάνεται ὁ Οἰδίπους, ὅτι ἐν ποίῳ ἄρα κακῷ ὄντα κατὰ τὴν ἔκθεσιν, ἵνα ἐκεῖνος εἴπῃ τὰ περὶ τῶν ποδῶν.* aperte verba *ἐν ποιῷ ἄρα κακῷ ὄντα* circumscribunt *τί δ' ἄλγος ἴσχοντα*, illud *κατὰ τὴν ἔκθεσιν* autem ex suo addidit scholiasta, cum ipsa Oedipi verba *τί δ' ἄλγος ἴσχοντα* dilucide ad expositionem referantur. post nuntii enim responsa v. 1026 *εὑρὼν ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς* et v. 1030 *σοῦ γ' ὦ τέκνον σωτῆρ γε τῷ τότ' ἐν χρονῷ* Oedipus dubitare non poterat se olim expositum esse, cumque mala corporis constitutio et figura plerumque expositionis causa esset, sciscitatur quonam corporis malo affectus fuerit. deinde mihi non *ἐν κακοῖς*, sed contra *ἐν καιροῖς* a correctoris vel interpretis manu profectum videtur; quod enim in cod. Laur. iam in ordinem illatum conspicitur, in Mon. simpliciter tantum adscriptum est. porro pronomen *με* licet non necessarium sit, tamen minime incommodum atque supervacaneum est. at *ἐν σκάφαισι* non modo non desideratur sed etiam languet. si quis rem ex aliquo homine graviorem commoto animo exquirit, id ita facit, ut iis quae alter indi-

cavit innixus novas interrogationes suggerat iisdem saepe alterius verbis contextas sed exclusis omnibus supervacaneis quaeque exornandae solummodo orationi inserviunt. hoc vel maxime in Oedipum valet et hac de causa Nauckii coniecturam non bene excogitatam arbitror, quamquam longe melior est Seyfferti invento *τί δ' ἄλγος ἴσχων ἦν πάρος σε λαμβάνειν* (in zeitschr. f. d. gymn. 1863). commendatum versu 1026 *ἐν νάπαις* haud repudiaverim; nescio tamen an leniore adhibita medela scribi possit

τί δ' ἄλγος ἴσχοντ' ἐκ κακῶν με λαμβάνεις;

‚quonam malo affectum me servasti'? verba *ἐκ κακῶν με λαμβάνεις* idem significant quod *σώζεις με* et manifesto ad nuntii verba *σοῦ γε σωτῆρ* respiciunt, quibus tanquam ansa usus Oedipus interrogat protinus *τί δ' ἄλγος ἴσχοντα*;

Progredior ad permutationes, quibus quaelibet omnino vocabula sive singula sive coniunctim plura propter literarum vel soni cum aliis similitudinem et nonnunquam simul significationis concentum fuerunt obnoxia. simillimis saepe verae scripturae et depravatae literis sensus vel diversissimus esse potest. ‚ist einmal, inquit Heimsoethius (krit. stud. I p. 44), an einem buchstaben ein versehen vorgefalleu, so sammelt der falsche leicht ein anderes wort um sich, das dem originalworte äusserlich noch ähnlich sieht, dem sinne nach aber schon ganz von ihm entfernt sein kann'

OC. 587 sq. nunc fere leguntur

ΟΙ. ὅρα γε μήν· οὐ σμικρός, οὔκ, ἀγὼν ὅδε.
ΘΗ. πότερα τὰ τῶν σῶν ἐγγενῶν κἀμοῦ λέγεις;

librorum scriptura est *ἐκγόνων ἢ 'μοῦ. ἐγγενῶν* Hartungus coniecit, *κἀμοῦ* Schneidewinus. dubito an utraque coniectura supersedere possimus. quid enim si Sophocles una litera mutata scripserit

πότερα τὰ τῶν σῶν ἐκγόνων, ἢ τοῦ λέγεις;

ἢ 'μοῦ in Oedipi ore ineptum est. cum Theseus ex Oedipo audisset, sibi certamen imminere, quaerit, cum quo, utrum filios suos Oedipus an quem (alium) innueret. consentaneum autem de eius filiis potissimum Theseum cogitare, quos quisque ut par est praesumit, patre extra Thebanos fines vagante summum Thebis imperium obtinere. ceterum cf. El. 1343

χαίρουσιν ἐν τούτοισιν, ἢ τίνες λόγοι; Ai. 532 *ἐν τοῖσδε τοῖς κακοῖσιν, ἢ τί μοι λέγεις*;

V. 624 sqq. haec leguntur

ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ' ἔπη,
ἃ μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην τὸ σὸν μόνον
πιστὸν φυλάσσων.

in verbo *ἠρξάμην* ita offendo, ut non reiiciam quidem, sed tamen praestare putem *ηὐξάμην*. cf. praecedentia v. 573 sq. *ὥστ' ἔστι μοι τὸ λοιπὸν οὐδὲν ἄλλο πλὴν | εἰπεῖν ἃ χρήζω*, 583 (Theseus) *τὰ λοίσθι' αἰτεῖ τοῦ βίου*, 586 *ἀλλ' ἐν βραχεῖ δὴ τήνδε μ' ἐξαιτεῖ χάριν*. sensus: sine me iis immorari quae magnis simul praemiis promissis precatus sum neu plura scire velis. videntur *εὔχεσθαι* et *ἄρχεσθαι* saepius confusa esse, Tr. 764 Meinekius probabiliter pro *κατηύχετο* coniecit *κατήρχετο* (Anall. p. 297); similiter OT. 894 Musgravius pro *ἔρξεται* scripsit *εὔξεται* a nonnullis receptum.

Varie tentatus a recentioribus criticis locus est El. 337

νῦν δ' ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένῃ δοκεῖ
καὶ μὴ δοκεῖν μὲν δρᾶν τι, πημαίνειν δὲ μή.
337 *τοιαῦτα δ' ἀλλὰ καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν.*

verba sunt Chrysothemidis ad Electram, in quibus iustam offensionem praebent particulae adversativae *δ' ἀλλά*, quarum alteram *ἀλλά* frustra a Schneidewino Ellendtio (lex. Soph. s. v. *ἀλλά*) Meinekio (Anall. Soph. p. 255 sq.) explicari atque defendi post alios satis ostendit Stürenburg (Quaestt. Soph. p. 7 sqq.). virorum doctorum coniecturae, ab O. Jahnio collectae, qui ipse vocem *ἀλλά* obelo notavit, hae sunt

τοιαῦτα δ' ἄλλα Dindorfius
τοιαῦτα τἄμ' ἃ Schneidewinus
τοιαῦτα δῆτα Kayserus (Jahn. ann. 69, p. 508)
τοιαῦτα κἀμέ Kolsterus (Philol. 5, p. 222)
τοιαῦτα μᾶλλον Hoffmannus (zeitschr. f. oester. gym. 5, p. 533)
τοιαῦτα δ' ἄττα M. Schmidtius (Philol. 14, p. 465).

addi potest quod ex Schmidtii coniectura confecit G. Wolffius *ταιαῦτα δ' ἄσσα*.

acta agerem si has coniecturas denuo recenserem cum id iam a Stürenburgio bene praestitum sit (l. l. p. 12), qui solam Kayseri silentio praetermisit. non multum mihi qui-

dem arridet particula *δῆτα*. Stürenburgii *τοιαῦτ᾽ ἀδελφή* per se planissimum est, nihilominus reiiciendum censeo; non verisimile enim si quid aliud, *τοιαῦτ᾽ ἀδελφή* in *τοιαῦτα δ᾽ ἀλλά* corruptum fuisse. illud cum emphasi elatum *καὶ σέ* oppositionem requirit, id quod Schneidewinus quoque et Kolsterus intellexeruut; eam in corrupto *ἀλλά* latentem oppositionem ita Sophocli restituendum suspicor

τοιαῦθ᾽ ἅμ᾽ ἄλλαις καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν.

fortius autem est *ἅμ᾽ ἄλλαις* (una cum sororibus tuis neque *φρενὸς οἰοβῶτις*, Ai. 614) quam *τοιαῦθ᾽ ἃ ἐγὼ ποιῶ* vel etiam *ἃ ἄλλαι ποιοῦσιν*. parum distant

ΤΟΙΑΥΘΑΜΑΛΛΑΙCΙCΑΙ et
ΤΟΙΑΥΤΑΔΑΛΛΑΙCΑΙ.

vix opus est monere non hic aptum esse *ἅμ᾽ ἄλλοις*.

El. 75 sq. legitur

νῶ δ᾽ ἐξιμεν· καιρὸς γάρ, ὅσπερ ἀνδράσι
μέγιστος ἔργου παντός ἐστ᾽ ἐπιστάτης.

melius mihi videtur *καιρός* dici *μέγιστος ἔργου παντὸς ἐπικρατής*. errore librarii qui ex v. 72 *καταστάτην* in mente haberet, positum credam *ἐπιστάτης*. cf. Phil. 837 sq. *καιρός τοι πάντων γνώμαν ἴσχων | πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται*, ubi schol. *ἐπὶ πάντων ἡ μετὰ εὐκαιρίας σύνεσις πολλῶν ἐπικράτειαν ἐν ἑτοίμῳ καρποῦται*; v. 921 *πολλὴ κρατεῖ τούτων ἀνάγκη*. venit mihi in mentem Koechlyi coniecturae in Ant. v. 612 factae et a Nauckio receptae, perelegantis illae *ἐπικρατεῖ νόμος ὅδε* pro *ἐπαρκέσει*. ceterum Antigonae locus valde lubricus est ut nihil de eo pro certo affirmare ausim.

El. 1328 sqq. paedagogus in exultantes gaudio Electram et Orestem vociferatur

ἦ νοῦς ἔνεστιν οὔτις ὑμῖν ἐγγενής,
ὅτ᾽ οὐ παρ᾽ αὐτοῖς ἀλλ᾽ ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς
τοῖσιν μεγίστοις ὄντες οὐ γιγνώσκετε;

vehementer adsentior Nauckio profitenti: ‚dass an dem unsinn dieser worte noch niemand anstoss genommen hatte, ist schwer zu begreifen‘. idem falsam esse locutionem *παρὰ κακῷ εἶναι* et intolerabilem hyperbolen *ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς τοῖσιν μεγίστοις ὄντες* recte admonuit. sed quod legendum coniicit, Thes. Gr. l. III. p. 12 C conferens, duobus versi-

culis in unum consarcinatis, *ὅτ᾽ οὐ παρ᾽ αὐτοῖς ὄντες οὐ γιγνώσκετε* (‚dass ihr nicht zu hause seid‘), quo sensu vulgatum *παρ᾽ αὐτοῖς* iam Bothius interpretatus erat, hoc minus aliis probabit. Meinekius de h. l. scribit in Anall. p. 269: haec non bene scripta esse facile credo affirmantibus, non tamen ut pro spuriis habendos esse credam vv. 1326—1338. sed *παρ᾽ αὐτοῖς* haud dubie corruptum est, cui si *παραυτίκα* substituas et *τοῖσιν* nescio quo errore ex *ἤδη* corruptum statuas, orationem habebis satis integram. ‚videtisne, inquit, non actutum vos, sed in ipsis iam nunc versari malis‘. ne alia premam, non video minus absurdam in hac Meinekii coniectura inesse oppositionem quam in lectione vulgata. placet sibi vir summus in eiusmodi temporis exili distinctione, vid. eum ad OC. 1370. hoc primum mihi cum Meinekio pro explorato est, non interpolationis suspiciones in paedagogi oratione venandas esse. tum non *κακά*, sed *κακοὺς τοὺς μεγίστους* Aegisthum et Clytaemnestram a paedagogo intellegi contendo. id interpretes fortasse propterea non animadverterunt, quod Sophocles plerumque dicit *κακὸν* (*κακά*) *μέγα*, *μεῖζον*, *μέγιστον*, neque alibi in septem eius fabulis invenitur *κακὸς* (*κακοί*) *μέγιστος*, cuius loco fere vel simplicem superlativum *κάκιστος* (OC. 418, 1265, Ant. 181, all.) vel eundem addito genetivo *κακῶν* (Ph. 984 all.) usurpat. sed ut *φίλος μέγιστος* Ai. 1331, Phil. 586, sic nostro loco *κακοὶ μέγιστοι* dixit. deinde *αὐτοῖς* corruptum statuo ex *ἄλλοις*, ut germana scriptura fuerit

ἦ νοῦς ἔνεστιν οὔτις ὑμῖν ἐγγενής,
ὅτ᾽ οὐ παρ᾽ ἄλλοις ἀλλ᾽ ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς
τοῖσιν μεγίστοις ὄντες οὐ γιγνώσκετε;

‚merkt ihr denn nicht, dass ihr bei keinen andern als eben (mitten) unter euren ärgsten feinden seid‘? optime sic omnia procedunt. nihil offensionis nunc habet praepositio *ἐν*; ardore suo abreptus cum satis esset *παρά* repetere, paedagogus etiam praepositionem intendit *ἐν* pro *παρά* ponens, estque efficax sane haec intentio. de *ἀλλά* (*ἀλλ᾽ ἤ*) post *οὐκ ἄλλος*, *οὐδὲν ἄλλο* et similia cf., si tanti est, Matth. gr. §. 613 p. 1462, Krueg. gr. I, 69, 4, 6. OT. 1331 sq. *ἔπαισε δ᾽ αὐτόχειρ νιν οὔτις ἀλλ᾽ ἐγὼ τλάμων*, ad quem locum Schneidewinus laudat Il. 21, 275 *ἄλλος δ᾽ οὔτις μοι τόσον αἴτιος*

οὐρανιώνων ἀλλὰ φίλη μήτηρ. nervosius esse ἀλλά quam ἤ (OT. 819 sq.) et δέ (OT. 229, Matth. §. 622, 3) facile sentias; quare a poetis in concitata maxime oratione adhibetur, in philosophia ad res distincte definiendas, cuius generis sunt exempla a Kruegero ex Platone collecta. ceterum hoc orationis schema ex notissimo illo atque usitatissimo, quod e. g. El. 525 παιὴρ γάρ, οὐδὲν ἄλλο, Ai. 20 Κεῖνον γάρ, οὐδέν' ἄλλον, Ph. 655 ταῦτ', οὐ γὰρ ἄλλα, 980 ἐγώ, σάφ' ἴσθ', οὐκ ἄλλος habemus minusque forte est, inversis enuntiati membris ita ortum est, ut prius cum particula ἀλλά alteri postponeretur.

Ant. v. 776 in codicibus scriptus est

ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.

G. Wolffius interpretatur: ‚πᾶσα die bürgerschaft in ihrer gesammtheit, damit kein theil des staates leide'. at hoc primum constat πᾶσα plane supervacaneum esse, tum mihi quidem etiam inepte additum a poeta videtur, quasi unquam de parte tantum aliqua civitatis expianda Creon cogitare potuisset. adeo supervacaneum est πᾶσα, ut additum necessario mire langueat. quod perspiciens Schneidewinus explicat: πᾶσα hat sich an πόλις angeschlossen, während der sinn eigentlich πάμπαν forderte, afferens exempla Ai. 275 λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ, 519 ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι, 728 πέτροισι πᾶς καταξανθείς, Phil. 1341 Τροίαν ἁλῶναι πᾶσαν. non recte dicit sensum proprie πάμπαν postulare, postulat potius μίασμα πᾶν ut OT. 313 ῥῦσαι δὲ πᾶν μίασμα, iam indicantibus quae praecedunt verbis ὡς ἄγος. quapropter Schneidewini exempla in nostrum locum non quadrant. neque praeterea in iis ullam satis iustam causam cognosco, cur λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ pro λύπῃ πάμπαν ἐλήλαται κακῇ, vel ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι pro ἐν σοὶ πάμπαν ἔγωγε σώζομαι dictum existimemus, cum per se optime intellegantur πᾶς ἐλήλαται, πᾶσα σώζομαι secundum Horatianum illud ‚non omnis moriar multaque pars mei vitabit Libitinam', ubi ineptus esset qui ‚omnis' pro ‚omnino' dictum vellet. scribendum igitur duco sensu postulante μίασμα πᾶν.

OT. v. 328 sq. in codicibus sic scripti exhibentur

πάντες γὰρ οὐ φρονεῖτ', ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε
τἄμ', ὡς ἂν εἴπω, μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά.

utcunque verba construis, impedita et dura semper evadit oratio. an Sophocle dignam habebimus Erfurdtii, quem Hermannus secutus est, constructionem hanc: ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε τἄμ', ὡς ἂν εἴπω μὴ τὰ σ', ἐκφήνω κακά? quamquam praeter ceteras maxime tolerabilis est. ego iis adsentior qui locum vitium traxisse credunt, in quibus Dindorfius profitetur, esse hunc locum inter eos, quos philologi cruces criticorum appellare soleant (Soph. ed. Lips. IV. p. XXII); quid hic dici debuerit, bene perspexisse Brunckium etsi vitiosa illata forma verbi ἐξενείπω, quae ἐξανείπω esse debeat, sed probabilius esse Sophoclem scripsisse ἐξελίξω. Schaeferus coniecit τἄμ' εἴς σ' ἀνείπω. Nauckius pro τἄμ' ὡς ἂν edidit ἄνωγας, ut ipse dicit ‚um nicht etwas ganz sinnloses zu geben'. Meinekius proposuit ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε τἄμ, ὡς ἂν ᾖ, φῶ, in qua coniectura inutile est hoc ‚utcumque se habeant' aeque ac ὡς ἂν εἴπω in vulgata coniunctum, de quo iam Hermannus monuit. M. Seyfferti τἄμ' ὡς ἀνείπω οὐ μὴ τὰ (Mützell. zeitschr. f. gymn. 1863) parum prodest.

has coniecturas, inter quas Dindorfiana iusto audacior est, non arrogans videbor, si improbare audeo nec temerarius si Meinekii verbis ‚periculosum est de loco dicere in quo expediendo summi critici adhuc frustra laboravere' non deterritus ipse lenem medelam quamque sensus expostulat adhibere aegroto loco conor scribens

ἐρῶ δ' οὐ μή ποτε
τἄμ', ὡς ἂν εἰπὼν μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά,

‚nunquam mea dicam, ne dicens tua patefaciam mala.' εἰπών iam Hermanno olim in mentem venerat, sed nisi simul alterum vitium tollis, parum participio proficitur quod Hermannus ipse non retinuit. fortasse ad haec Tiresiae ἐρῶ δ' οὐ μή ποτε Oedipus v. 334 respiciens dixit οὐκ ὦ κακῶν κάκιστε ἐξερεῖς ποτε; de participio εἰπών post ἐρῶ cf. El. 40 sq. ἴσθι πᾶν τὸ δρώμενον, ὅπως ἂν εἰδὼς ἡμιν ἀγγείλῃς σαφῆ. in vulgata est gravis oppositio inter πάντες (ὑμεῖς) et ἐγὼ δέ, quae mihi ab h. l. aliena videtur.

Coniecturam meam non ignoro ab iis non probatum iri qui quod Elmsleius ad OC. 177 et ad Med. 1120 statuit negationis οὐ μή cum futuro et cum aoristo iunctae discrimen ubique obtinere putant. quibus etiam Nauckius adstipulatur

ad OC. 177, 848, El. 1052. verum nihil est de discrimine quod nisi violentis cum mutationibus spreta saepe optimorum codicum autoritate servari nequit. quid enim? nonne sanissimi sunt loci velut El. 1052 *οὔ σοι μὴ μεθέψομαί ποτε*, ubi Nauckius *οὐχὶ σοί* vel *οὔτοι σοί* vult; OC. 176 *οὔτοι μή ποτέ σ' ἄκοντά τις ἄξει*, ubi Elmsleio *ἄρῃ* scribendum videtur probante Nauckio; 848 ubi pro *ὁδοιπορήσεις* Reisigius Elmsleius Nauckius *ὁδιπορήσῃς* ex duobus codicibus (Par. A. Ricc. A.) adsciverunt, quamquam de postremo loco propter scripturae similitudinem diiudicare difficile est. rectissime tuentur *οὐ μή* futuro iunctum etiam in iis enuntiatis quae prohibendi significationem non habent, Hermannus in censura Medeae ab Elmsleio editae ad v. 1120 (p. 390 ed. Lips.) prohibendi significationem ad secundam futuri personam verissime restringens; Matth. gr. p. 1173 sqq.; Krueg. Gr. gr. I. 53, 7, 6, Stallbaum. ad Plat. de rep. p. 492 E (ed. II.) ubi de origine et vi structurae v. *οὐ μή* copiose exposuit, qui vir fortasse non iniuria addubitat, an etiam compluribus exemplorum ab Elmsleio ad Med. 1120 congestorum, quae omnia secundam personam habent, prohibendi significatio abiudicanda sit. videtur his viris adsentiri Meinekius, qui in Oed. Col. editione sua ne verbulo quidem attigerit nec Elmsleii ad v. 176 coniecturam nec variam v. 848 lectionem *ὁδοιπορήσῃς*, solam librorum fidem secutus. non Sophoclis solum etiam Euripidis Aristophanis Platonis Xenophontis aliorum non paucos locos ex Elmsleii praecepto temerarie mutari oporteret.

OC. v. 1640 sq. Laurentianus liber ita scriptos exhibet

ὦ παῖδε τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φέρειν
χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε μηδ' ἃ μὴ θέμις
λεύσσειν δικαιοῦν κτέ.

constat inter viros doctos *τὸ γένναιον φέρειν* explicari non posse, quare aliorum aliquot codicum scripturam *τὸ γενναῖον φρενί* receperunt. eam Hermannus interpretatur ‚quod generosum est animo subeuntes,' quem sensum e Graecis recte elici posse iure negat Nauckius, parum tamen probabiliter v. 1640 interpolatori vindicans. mihi pro *φέρειν* legendum videtur *τρέφειν* et construendum *χρὴ τὸ γενναῖον τρέφειν τλάσας χωρεῖν*, ‚generosam indolem vos praestare oportet

substinentes hoc loco decedere', nos fere ‚ihr müsst euern edlen sinn bewähren indem (dadurch dass) ihr es willig ertraget' . . . *τρέφειν* figurate dictum ut saepe, sic *φόβον τρέφειν* Tr. 28, *ὄγκον τρέφειν* 817, *ταλῆτες τρέφειν* OT. 356, *τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν τὸν νοῦν τ' ἀμείνω* Ant. 1089. facile confundi poterant

ΤΡΕΦΕΙΝ et *ΦΕΡΕΙΝ*.

OT. 420 sqq. Tiresias per iram Oedipi scelera perstringens graviter comminatur

βοῆς δὲ τῆς σῆς ποῖος οὐκ ἔσται λιμὴν
ποῖος Κιθαίρων οὐχὶ σύμφωνος τάχα,
ὅταν καταισθῇ τὸν ὑμέναιον, ὃν δόμοις
ἄνορμον εἰσέπλευσας εὐπλοίας τυχών;
ἄλλων δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνει κακῶν,
ἃ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

duo postremi versus multa interpretibus negotia facessivere, nec mirum; librorum enim scripturam retinens non facile quisquam aptum sensum inveniat. miror tamen quomodo magis in ultimo quam in antecedenti versu haesitarint viri docti. namque si apertum est *ἐξισώσει* activa significatione dictum esse, non vero neutrali, quam El. v. 1194, Arist. Vesp. 565, Thuc. VI. 87 effici summo iure negavit Hermannus, et frustra sunt Marklandi *ὅσ' ἐξισώσει*, Elmsleii *ἃ γ' ἐξισώσει*, Porsoni *ἅσσ' ἐξισώσει*, et unice vera est Triclinii ex scholiasta ducta explicatio, quam his verbis comprehendit Erfurdtius: quae ubi senties, fallaci specie ablata is qui vere es (*ἴσος σοι*), parricida, incestus et liberorum frater (*ἴσος τοῖς σοῖς τέκνοις*) iudicabere. in hac explicatione quid contortum difficileque intellectu sit, equidem nullus video; immo eleganti praegnantia Sophocles Oedipi flagitia significavit. quid autem *ἐξισώσει*? quid est quod parem faciet Oedipum ipsi et liberis? Erfurdtius *ἄλλων πλῆθος κακῶν* simul et deprehensionem facinorum Oedipi et mutuam occisionem fratrum mortemque Iocastae et Antigonae significare volebat. at nullis interpretationis machinis id fieri posse luce ipsa clarius est refutavitque eam sententiam iam satis superque Wunderus. quibus nihil commotus Hermannus argutius quam verius disseruisse Wunderum dicens seque Erfurdtii sententiam distinctius explicaturum affirmans ita disputat:

‚duo sunt quae in praecedentibus Tiresias exprobravit Oedipo: primum quod principale esse ipsa fabulae ratio docet, interfectorem eum esse regis Laii; deinde quem interfecisset, patrem suum esse, quod cogniturum agnita matre. sequitur iam tertium: *ἄλλων δὲ—κακῶν.* haec est multiplex illa inceste connubium iungentium, inceste prolem generantium, inceste filios et filias in fratres et sorores mutantium foeditas, qua Oedipus, qui se purum sceleris, alienigenam, legitimum maritum Iocastae patremque liberorum suorum esse putabat, mox et sibi aequabitur, quum intelliget occidisse se patrem natumque esse Thebis ex illa nunc coniuge sua, et aequabitur liberis quum videbit, fratres sororesque esse patris, unde non possit non exitus etiam sceleste gignentium genitorumque esse funestus'. fugit virum praestantissimum se hac explicatione non tam Erfurdtii sententiam distinctius exposuisse, quam prorsus novam ipsum exornasse quae itidem nulla ratione stare potest. utique non tria sunt quae exprobat Oedipo Tiresias, sed duo tantum, occisio patris et matris connubium, quod cum incestum concubitum incestamque liberorum, qui simul fratres et sorores patris sunt, procreationem involvat, *πλῆθος κακῶν* non *καθ' ὑπερβολήν* accipiendum est. haec duo coniungit v. 415 sqq. *καὶ λέληθας ἐχθρὸς ὢν | τοῖς σοῖσιν αὐτοῦ νέρθε κἀπὶ γῆς ἄνω | καί σ' ἀμφιπλὴξ μητρός τε καὶ τοῦ σοῦ πατρὸς | ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς τῆσδε δεινόπους ἀρά.* imprimis autem alterum quo etiamtum tenebatur Oedipus scelus a vate urguetur iam v. 366 sq. *λελῆθέναι σε φημὶ σὺν τοῖς φιλτάτοις | αἴσχιστ' ὁμιλοῦντ' οὐδ' ὁρᾶν ἵν' εἶ κακοῦ*, et v. 422 *ὅταν καταίσθῃ τὸν ὑμέναιον ὃν δόμοις | ἄνορμον εἰσέπλευσας.* haec duo grandia scelera ubi agnoverit, agnoscet autem agnito matris connubio oraculi sui recordatus (791 sqq. *ὡς μητρὶ μὲν χρείη με μιχθῆναι, γένος δ' | ἄτλητον ἀνθρώποισι δηλώσοιμ' ὁρᾶν, | φονεὺς δ' ἐσοίμην τοῦ φυτεύσαντος πατρός*), parem Oedipum reddent (*ἐξισώσει*) sibi et liberis. iam apparet *ἄλλων πλῆθος κακῶν ἅ(σ') ἐξισώσει* post illa supra memorata *κακά* nec dici nec repperiri posse ullo pacto. profecto si tanta multitudo ‚reliquorum' criminum erat, cur non unum alterumve enumeravit Tiresias, *ὀνειδισθείς* (412) ille et *ὀργῇ λέγων* (405)? ex his angustiis ut sese extricaret et tertium haberet

ad quod referretur *ἄλλων πλῆθος κακῶν*, mira commentus est Hermannus discernens a caede regis Laii caedem patris Oedipi, quam posteriorem Oedipum cogniturum agnita matre. quanam ratione vir egregius sibi persuadere potuerit, verbis *ὅταν καταίσθῃ τὸν ὑμέναιον ὃν—εἰσέπλευσας* posterius illud vel contineri vel indicari, equidem plane non assequor. denique quaenam ex facinoribus suis scelestis iam cognoverat Oedipus, ut recte dici possit ‚reliquorum' eum multitudinem non animadvertere?

Quid multa? corruptum est *ἄλλων δέ* scribendumque et sensu et sententiarum nexu flagitantibus

ἀλλ' οὖν γε πλῆθος σὺκ ἐπαισθάνει κακῶν
ἃ σ' ἐξισώσει κτέ,

quod Germanice sic exprimas licet, aber (wozu enthülle ich alles dieses?) du gewahrst ja nun doch einmal nicht deiner frevel menge welche . . . daher (*πρὸς ταῦτα*) schmähe nur immerhin'.

ab *ἀλλ' οὖν γε* diversum est *ἀλλ' οὖν* separatum a *γε* interposita voce aliqua, quam particula *γε* effert, (attamen, at certe, doch gewiss, doch wenigstens), cf. El. 233, 1035, Phil. 1305, Ant. 84. vide sis de *ἀλλ' οὖν—γε* Matth. §. 613, 625, Krueg. I. 69, 4, 5, M. Devar. de Gr. l. particulis p. 12, (Klotz ad Dev. II. p. 17). ceterum in copulatione *ἀλλ' οὖν γε* pertinet *γε* non ad solum *οὖν* sed ad arte iuncta cogitanda *ἀλλ' οὖν* totamque pariter sententiam afficit. eadem ratio est particularum *καίτοι γε, μέντοι γε, εἴ γε* quae differunt a *καίτοι—γε, μέντοι—γε, εἰ—γε* (Krueg. I. 69, 15, 2—3). de particulae *οὖν* in *ἀλλ' οὖν γε* significatione v. imprimis Matth. gr. p. 1499, 5[20]).

OT. v. 581 sqq. legitur

Κρ. οὔκουν ἰσοῦμαι σφῷν ἐγὼ δυοῖν τρίτος;
Οι ἐνταῦθα γὰρ δὴ καὶ κακὸς φαίνει φίλος.
Κρ. οὔκ, εἰ διδοίης γ' ὡς ἐγὼ σαυτῷ λόγον.

ad verba *ὡς ἐγώ* neque *ἐμαυτῷ δίδωμι* (ex mente Triclinii), neque *σοι ἔδωκα καὶ δώσω* suppleri posse ostendunt quae sequuntur viditque Heimsoethius (krit. stud. I. p. 80). coniecit igitur *ὡς ἔχω* (‚wenn du dir nur wirklich meine lage

[20]) minus probem si quis malit *ἀλλ' οὖν τὸ* vel *ἀλλ' οὖν σὺ*.

überlegen wolltest'), quam coniecturam Nauckius recepit. sed fallitur Heimsoethius inde a v. 584 expositionem condicionis Creontis indicavit; primum enim demonstrat Creon, quam stultus demensque esset (600), si Oedipo insidias struere vellet cuius condicionem suae ipsius nequaquam praeferat (590 sq. 596 sq.); deinde Oedipum cohortatur, ut eorum quae dixerit probandorum causa ipsum Apollinem consulat neve sine causa sese criminetur. apparet non condicionem suam Creontem exponere itaque non aptum esse *ὡς ἔχω*. melius mihi videtur *ὢν ἐρῶ*. iam v. 543 sq. Creon Oedipum rogaverat *ἀντὶ τῶν εἰρημένων | ἴσ' ἀντάκουσον κἄτα κρῖν' αὐτὸς μαθών*, sed aversatus ille *λέγειν σὺ δεινός, μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς | σοῦ· δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' εὗρηκ' ἐμοί*, ad quae Creon *τοῦτ' αὐτὸ νῦν μου πρῶτ' ἄκουσον ὡς ἐρῶ*. fortasse etiam facilius scribi potest *ὡς ἐρῶ* (ut v. 547) cll. OC. 1124, Ant. 706 et Matth. gr. §. 485 p. 1076[21]).

Ad difficillimum eiusdem fab. transeo locum, non quo eum me persanaturum confidam sed quod probabilem certe ceterisque leniorem medelam adhibiturum spero. v. 622 sqq in codicibus hanc formam exhibent

Κρ. τί δῆτα χρήζεις; ἦ με γῆς ἔξω βαλεῖν;
Οι. ἥκιστα· θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι.
Κρ. ὅταν προδείξῃς, οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν.
Οι. ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις;
Κρ. οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω.

in primo versu Meinekius propter v. 641 scribi vult *ἦ στέγης* et in secundo *ἦ φυγεῖν* (cf. Annall. Soph. p. 232). sed iure ut mihi quidem videtur vulgatam defendunt Dindorfius in ed. Soph. Lips. IVtae p. XXIV et Nauckius ad v. 641. mire interrogaret Creon, num domo eiicere vellet Oedipus, qui profecto non multum consequebatur si domo tantum neque potius e terra Thebana Creontem eiiceret. persuasit tamen Meinekius de coniectura sua Heimsoethio (v. krit. stud. I. p. 75). tertium contra et quartum versum apto sensu et connexu carere nunc inter omnes constat. sola transpositione iuvari posse opinabatur F. Haaseus (in comment. Vratisl.

[21]) de vitii origine recte Heimsoethius: der schein eines gegensatzes der personen veranlasste ἐγώ.

edita a. 1856). multorum is applausum tulit, inter alios Meinekii (l. l. p. 233) et Dindorfii, qui tamen ipsi alter in quinto v. *οὐκ ἄρα φρονοῦντα*, Dindorfius in tertio audacissime *ὡς οὐ φρονῶν σὺ δ' οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν* coniicientes satis prodiderunt parum certam atque utilem esse transpositionem illam, quippe cui coniecturis succurrendum sit. verissime Heimsoethius (l. l. p. 76) servato qui traditus sit ordine versiculis subveniendum esse contendit. suspicatur autem in tertio versu *ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐσθ', ὃ φῂς, παθεῖν*, conferens v. 554, et explicationes quas in scholl. byz. librisque mss. invenit coniecturam munire studens. equidem haec non adeo firme et accommodata esse affirmaverim ut iis rem in perpetuum confectam existimem. mea qualicunque sententia sensui optime satisfieret si scriptum esset

ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐστι τόνδ' ὀλεῖν,

i. e. cum antea ostenderis expertusque eris, quid sit hunc (=me) perdere velle. sensus igitur: non tam facile tibi mecum negotium erit ut in me tamquam in communem hominem gravissima quaeque temere statuere liceat. civium voluntate atque auxilio fretus sic loquitur Creon, cf. 595 sqq. *νῦν πᾶσι χαίρω, νῦν με πᾶς ἀσπάζεται, | νῦν οἱ σέθεν χρῄζοντες ἐκκαλοῦσί με, | τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῖσι πᾶν ἐνταῦθ' ἔνι*. pari vel maiore confidentia Tiresias ad superba ac procacia Oedipi verba respondebat v. 547 sq. *εἰπὼν ἄπειμ' ὧν οὕνεκ' ἦλθον, οὐ τὸ σὸν | δείσας πρόσωπον. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου μ' ὀλεῖς*. profecto Creon cum modeste interrogasset *τί δῆτα χρῄζεις; ἦ με γῆς ἔξω βαλεῖν;* acerbissime adversanti Oedipo *ἥκιστα· θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι* non tam prorsus languide et timide et ambigue respondere potuit, quasi nihil haberet virilis animi: ‚cum ostenderis quae sit invidia'. in tali qualis est Oedipi ista immani crudelitate, cuius innocentis viri non ‚fervens difficili bile tumet iecur?'

Sic demum quae antea post languidum Creontis responsum languidior erat Oedipi interrogatio, commoda fit atque conveniens personae Oedipi, qui inopinata Creontis audaci fiducia quasi obstupefactus statim aliquantum ab impotenti iracundia remittit miraturque suae potentiae illum non cedere:

ὡς οὐχ ὑπείξων, ἀλλ' ἀπιστήσων λέγεις;

ita enim pro vulgato *οὐδὲ πιστεύσων* legendum censeo secundum scholiastam qui explicat *οὕτως λέγεις ὡς μὴ πεισθησόμενός μοι ἀλλ' ἀντιλέξων τῇ κελεύσει*, quod scholiasta codicis Mon. 500, ut Heimsoethius refert (l. l. p. 77), in hunc modum expressit: *οὐχ ὡς ὑποταγησόμενος καὶ ὑπακούσων τῇ ἡμετέρᾳ κατὰ σοῦ ψῆφῳ, ἀλλὰ χεῖρα ἀνταρῶν.* apud Sophoclem *πιστεύειν* semper fere significat ‚fidem habere,' quae notio ab h. l. aliena est. cf. El. 884, 886, 1317, Ph. 1374, OT. 646, OC. 175. duobus tantum locis obsequendi significationem habet, Tr. 1228 *πιθοῦ· τὸ γάρ τοι μεγάλα πιστεύσαντ' ἐμοὶ | σμικροῖς ἀπιστεῖν τὴν πάρος συγχεῖ χάριν* et 1251 *τοιγὰρ ποιήσω κοὐκ ἀπώσομαι, τὸ σὸν | θεοῖσι δεικνὺς ἔργον . οὐ γάρ ἄν ποτε | κακὸς φανείην σοί γε πιστεύσας πάτερ.* scilicet prima verbi *πιστεύειν* significatio est obsequendi ampliore sensu sive sentientem aliquid (i. e. credere, fidem habere) sive facientem (i. e. oboedire, parere, obsequi artiore sensu), quare interdum ubi sensus plane apertus est, etiam posteriore significatione a Sophocle usurpari poterat, ut illis Trach. locis, quorum in altero etiam rhetoricae oppositionis gratia (*μεγάλα πιστεύσαντα—σμικροῖς ἀπιστεῖν*), verbo *πιστεύειν* pro *πείθεσθαι* uti debebat. eadem ratio est verbi *ἀπιστεῖν*, cuius apud nostrum quidem solemnis est significatio n. l. desiderata non obsequendi, non oboediendi, cf. Ant. 219, 381, 656, Tr. 1183, 1224, 1229, 1240, Ph. 1350, Hesych. *ἀπιστεῖ, ἀπειθεῖ. Σοφ. Αἰθίοψι.* semel tantum Ai. 940 *οὐδέν σ' ἀπιστῶ καὶ δὶς οἰμῶξαι*, ubi *οὐδὲν ἀπιστῶ* patet significare debere ‚facile credo', ab eo usu recessit.

deinde etiamsi *πιστεύειν* non offenderet, tamen debilior mihi videtur coniunctio *οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων*, multoque vividior et accommodatior mirabundi Oedipi personae oppositio *ὡς οὐχ ὑπείξων, ἀλλ' ἀπιστήσων λέγεις;* quam coniectura mea lucramur. in eam Heimsoethium quoque incidisse video (l. l. p. 77), sed non probavit, scholiastam in explicatione sua oppositionem per *ἀλλά* factam mero casu adhibere potuisse ratus, id quod parum verisimile est, coniecitque *οὐδὲ πιστήσων*, verbum *πιστεῖν* statuens, ita ut *πιστεύειν* constanter significet ‚fidem habere' et Tr. 1228 *πιστήσαντ'*, v. 1251 *πισιήσας* pro *πιστεύσαντ'* et *πιστεύσας* sit corrigendum. de hac ingeniosa certe coniectura doctiores

me iudicent; mihi liceat ad praecedentem versum reverti ut breviter commoneam illud *προδείξῃς* praegnanti significatione ostendendi simul atque experiendi accipiendum esse, uti OC. 48 *πρίν γ' ἄν ἐνδείξω, τί δρῶ*, ad quem locum Meinekius iure reiectis inopportunis aliorum mutationibus adnotavit: ‚mira haec est dicendi brevitas pro *ἐνδείξω καὶ μάθω*'. denique ut de vitii origine aliquid dicam, librarium pro *ἀλλ' ἀπιστήσων* falso legisse crediderim *ἀλλὰ πιστήσων*, quo facto ut sensus in verbis esset, necesse erat *ἀλλά* in *οὐδέ* mutari.

Eiusdem fabulae v. 724 sq. Iocasta orationem qua Oedipo de oraculorum vanitate persuadere studet, hac sententia concludit

ὧν γὰρ ἂν θεὸς
χρείαν ἐρευνᾷ, ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ.

varie eam interpretati sunt viri docti. Brunckius: ‚locus, inquit, difficilis expeditu, quem alii depravatum, alii integrum iudicant. mihi in prolatis explicationibus acquiescendum videtur, nisi quis malit *ἦν* pro *ὧν* legere: quam enim rem deus quaerit i. e. indagari vult; *χρεία* res, negotium, *πρᾶξις*. v. 1435, Ai. 740 et aliis in locis'. sensum recte quidem Brunckius perspexit, sed neque *ἐρευνᾷ* potest ullo pacto esse ‚indagari vult' — sic ex omnibus omnia extundas; admodum diversa sunt *ἐρευνᾷ* et *ἐρευνᾶσθαι θέλει* — neque si *χρείαν* cum Brunckio interpretamur, non necessaria est Brunckii Musgraviique coniectura *ἦν χρείαν*. Erfurdtius vertit ‚quae deus necessaria esse deprehendit', *ἐρευνᾶν* h. l. de effectu investigationis accipiendum affirmans, quod item nullo modo fieri potest. ut enim omittam Sophoclem obscuritatis evitandae causa hic non *ἐρευνᾶν* pro *καταλαμβάνειν* facile dicturum fuisse, cum v. 258 *ἐξερευνᾶν* et 566 *ἔρευνα* propria significatione de investigando Laii occisore dixerit, ad quem nemo non in hac fabula *ἐρευνᾶν* et similia refert, perquam mire *θεὸς ἐρευνᾷ*, tamquam deo, ut quae necessaria sint cognoscat, longa antea indagatione opus sit, quem potius decet statim omnia cognoscere. Hermannus secundum scholiastam explicat: quarum rerum usum quaerit deus, eas ipse facile in lucem proferet; usum rei dixisse poetam pro re qua usus et opus sit. hoc ego non magis intellego quam quomodo recte Schneidewinum vertisse putare possimus: ‚was

der gott werth achtet zu erforschen, wird er leicht selbst (ohne die propheten) ans licht stellen'. mihi illud ἐρευνᾷ, quod corruptum habeo, satis indicat opposita fuisse hominum ἔρευναν et dei τὸ ῥαδίως φαίνειν. ita enim Iocastam locutam arbitror: si deus edito oraculo cupit rem aliquam ab hominibus investigari, facile ipse eam sine oraculis patefaciet· dicit autem priora verba ex mente eorum hominum qui oraculis credunt, cum ipsa utpote oraculorum contemtrix sic potius debeat dicere: si deus cupit homines de re aliqua graviore certiores fieri. iste sensus quem ut memoravi iam Brunckius percepit, tum demum in Graecis inest si scribitur

ὧν γὰρ ἂν θεὸς | χρῄζῃ γ' ἔρευναν.

quae coniectura non iusto audacior videbitur veterem scripturam reputantibus. vitii origo manifesta est; postquam nomen ἔρευναν in verbum ἐρευνᾷ abiit, fieri non poterat quin verbum χρῄζῃ in nomen χρείαν mutaretur. ἔρευνα legitur quoque v. 566. χρῄζῃ h. l idem est quod χρῶν θέλῃ; vide de verbi χρῄζειν potestate acute disserentem Reisigium in enarratione Oed. Col. p. CLXXII. vix opus est ut moneam Iocastam oraculum respicere quod Creon Delphis rettulerat v. 96 sqq. cf. 255 sqq. οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, | ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν | ἀλλ' ἐξερευνᾶν. Heimsoethium Hesychii glossam αὐγή, χρεία afferentem (kr. stud. I. p. 81 cll. p. 227) non satis intellego. M. Seyfferti coniecturam ὧν γὰρ ἂν θεῷ χρεία ἐξερευνᾶν aliis capiendam relinquo.

Eiusdem fabulae v. 882 sqq. chorus canit

εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται
Δίκας ἀφόβητος οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων,
κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα.

quid sibi velint δαιμόνων ἕδη ego non video, credo etiam interpretes non viderunt, quorum qui aliquid adnotarunt, Musgravius ‚imagines, simulacra' interpretatur, Erfurdtius Ruhukenium laudat ‚templa' intellegentem ad Tim. p. 93, Hermannus verisimile esse dicit de hermis ab Alcibiade deiectis cogitari poetam voluisse, in hanc opinionem adductus indubie quod vocabulum ἕδη per se non ita commodum h. l. sentiebat. certa emendatione scribendum videtur

δαιμόνων ἔπη σέβων.

spectat hoc aperte ad Iocastam et Oedipum deorum oracula spernentes. et quid aliud sunt verba Δίκας ἀφόβητος οὐδὲ δαιμόνων ἔπη σέβων quam distinctior explicatio praecedentium ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται, ita ut Δίκας ἀφόβητος (i. e. ἄδικα ἄνευ φόβου δρῶν) respondeat verbis ὑπέροπτα χερσὶν πορεύεται et verba δαιμόνων ἔπη σέβων illis ὑπέροπτα λόγῳ πορεύεται. praeterea verba εἰ δέ τις—σέβων evidenter respondent etiam strophicis εἴ μοι ξυνείη φέροντι | μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων. de oraculis atque vaticiniis ἔπος non raro dicitur, cf. Tr. 822, Herod. I, 13 (ubi de Pythiae vaticinio agitur) τούτου τοῦ ἔπεος λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, VII, 143.

OT. versu 702

λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς

offensi sunt Seyffertus et Heimsoethius, quorum hic (krit. stud. I. p. 81) ἐγκαλεῖν ἔχεις, ille (zeitschr. f. gymn. 1863) etiam γ' ὄνειδος ἐγκαλεῖν ἔχεις coniecit. γ' ὄνειδος quidem pro τὸ νεῖκος nemo desiderabit. sed in verbis ἐγκαλῶν ἐρεῖς forsitan non iniuria aliquis haeserit, quae impediti orem reddant sententiam. quapropter si quid mutandum est vide an facilitate praestet ea quae mihi in mentem venit coniectura

λέγ' εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν κυρεῖς.

cf. Phil. 1279 sq. εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων κυρῶ, πέπαυμαι, OC. 414 καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ, 572 εἰρηκὼς κυρεῖς.

OC. 1249 sqq. Antigona patri adventum Polynicis nuntiat his verbis

καὶ μὴν ὅδ' ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ ξένος
ἀνδρῶν γε μοῦνος, ὦ πάτερ, δι' ὄμματος
ἀστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ.

versum 1250 aut totum aut certe prima verba ἀνδρῶν γε μοῦνος, quae non potuerint sic scribi a Sophocle, interpolatori deberi Dindorfii opinio est. audacius Nauckius: die worte ὡς ἔοικεν—μοῦνος sind entweder schwer verderbt oder was mir wahrscheinlicher ist, interpolirt. etiam Meinekius ad ἀνδρῶν γε μοῦνος adnotat, recte hoc dicendi genus suspectari a viris doctis. praeiverat Hermannus negans verba ἀνδρῶν μοῦνος sic intellegi posse ut significarent ‚sine comitibus'; id dicendum fuisse ἀνδρῶν ἔρημος et ne sic quidem

satis recte *ἀνδρῶν* pro comitibus vel satellitibus dici. idem iungebat *ἀνδρῶν μοῦνος δάκρυον λείβων*; hoc quidem nemini probabit. gratiam me apud viros doctos initurum spero, si facili mutatione versiculos illos Sophocli vindicare tentabo. post v. 1249 igitur plene distinguendum et pro *ἀνδρῶν* scribendum *ἀλλ᾽ ὧν* censeo. iam omnes difficultates remotas vides:

καὶ μὴν ὅδ᾽ ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ ξένος.
ἀλλ᾽ ὧν γε μοῦνος, ὦ πάτερ, δι᾽ ὄμματος
ἀστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ᾽ ὁδοιπορεῖ.

in primo versu supplendum *ἐστιν* ut OC. 32 *χῶ τι σοι λέγειν | εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ᾽, ὡς ἀνὴρ ὅδε*, Ant. 626 sqq. (qui locus nostro non dissimilis) *ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν | νέατον γέννημ᾽· ἆρ᾽ ἀχνύμενος | τάλιδος ἥκει μόρον Ἀντιγόνης, | ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν;* ethicus est quem vocant dativus *ἡμῖν*. plerumque autem post *ὅδε* (*ἥδε*) ubi distincte aliquem vel praesentem vel advenientem vel abeuntem designat, additos videmus dativos pronominis personalis, cf. OC. 29, 549, 723, Ai. 898, Phil. 261, 575. *ἀλλά* in secundo versu admirationem Antigonae significat quod sine comitibus veniat Polynices. venerat enim antea Creon *οὐκ ἄνευ πόμπων* (723). nos fere: aber er kommt ja allein. ceterum ipse senties multo elegantiorem fieri totius loci structuram facta post primum versum interpunctione. quod ad sensum attinet bene animadverterunt Reisigius et Schneidewinus ita comparata esse Antigonae verba ut nec percellerent Oedipum et eius misericordiam excitarent.

Nonnullis locis eorum quos hactenus tractavi unius vocabuli corruptio etiam ad aliud vocabulum perniciose valuit. persaepe autem uno corrupto vocabulo duo tria vel plura alia tamquam contagione infecta sunt, ut omnino nova interdum sententia evaserit. Heimsoethii iuvat in hanc rem verba audire (krit. stud. I. p. 56): wie der einzelne verschriebene buchstabe unter den übrigen buchstaben, so macht das ganze verschriebene wort unter den andern wörtern propaganda und sammelt manchmal einen neuen satz um sich. quo fit ut nonnunquam sit valde difficile infuscatum multis modis verum sensum divinando recuperare, difficilius etiam secundum feliciter recuperatum germana poetae verba restituere.

nec quisquam sani iudicii diffitebitur in lubrico hoc genere esse permulta quae cum probabilitate tantum aliqua vel emendasse vel tentasse summum sit quod quis consequatur. quocirca et ego de meis in tales corruptissimos locos coniecturis non maius affirmare ausim quam aut faciliores aut veri similiores esse iis quas alii proposuerunt.

OC. 1117 sq. in veteribus libris ita scripti extant

ὅδ᾽ ἔσθ᾽ ὁ σώσας, τοῦδε χρὴ κλύειν πάτερ,
καὶ σοί τε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται βραχύ.

hiantem alterum versum Tricliniani codices, simul *τε* in *γε* mutato, particula *δή* post *ἔσται* illata resarciunt. Brunckius *γε* recipiens scripsit *ὡς ἔσται βραχύ*. utrumque friget, Triclinianum *δὴ βραχύ* etiam in elegantiam metri incurrit ut sensit Reisigius qui scribi vult *καὶ σοί γε τοὔργον τοὐμὸν ἔστ᾽ αἰνεῖν βραχύ* ‚et tibi quidem laudare facta meum est breve officium'. hoc si Sophocles dicere voluisset, certe non tam obscure atque ambigue loqui debebat, cum quisque aut *βραχύ* aut *τοὔργον τοὐμόν* cum *αἰνεῖν* coniungat, quia nude positum *αἰνεῖν* offendit nec facile intellegitur. Hermannus edidit *καὶ σοί τε τοὔργον τοῦτ᾽ ἐμοί τ᾽ ἔσται βραχύ*, quod receperunt Elmsleius Dindorfius Schneidewinus, fortasse quod melius quiddam non habebant, nam mirum et paene ineptum est hoc Antigonae responsum iureque improbarunt Hartungus Nauckius alii, quorum Arndtius *καὶ σοὶ τόδ᾽ ἔργον τοὐμὸν ἤνυσται βραχύ*, Engerus *κεἴσει σὺ τοὔργον, τοῦτ᾽ ἐμὸν δ᾽ ἔσται βραχύ*, Wexius *οὐ κἄστι τοὔργον, τοὐμὸν ὧδ᾽ ἔσται βραχύ* receptum a Nauckio etsi negante verum esse, Spengelius *καὶ σοί γε τοὔργον τοὐμὸν εἴρηται βραχύ* proposuerunt. Spengelii coniecturam Meinekius sine ulla dubitatione dignam habuit quam vulgatae lectioni substitueret. impugnavit tamen acute Heimsoethius (krit. stud. I. p. 73) his verbis: auf *τοὔργον τοὐμόν* würde, obschon die gestellte aufgabe im sprechen besteht, nicht ein *εἴρηται* gefolgt sein, sondern ein *εἴργασται*: dieses aber einzusetzen verbietet die unrichtigkeit des gegensatzes, welcher sich verkehrt mit *καί* anknüpft, statt mit *οὕτω*, und in welchem *σοί γε* keinen sinn hat (oder einen schlechten: den falschen gegensatz *εἰ καὶ μὴ ἐμοί*). der gedanke selbst, kürzer kann ich mich nicht fassen, damit habe ich alles gesagt' hätte allenfalls nach *ὅδ᾽*

ἔσθ' ὁ σώσας folgen können, nicht mehr nach τοῦδε χρὴ κλύειν πάτερ, dem mit καί nur noch ein futur (ἔσται) folgen kann. quare etiam post Spengelium non frustra huic loco operam navari credo meamque qualemcunque sententiam proferre audeo. primum autem τε post σοί corruptum statuo, quod enim solum respondere posset ἐμοί τε, ut est in Hermanni coniectura, ferri nequit. quodsi presse literarum vestigiis instas, aut τό aut γε scriptum fuit, quorum prius, cum equidem τοὔργον servandum ducam, non in censum venit. sed σοί γε quoque apertum est ita tantummodo retineri posse, ut aliquid praecedat, ad quod relatum intendi queat pronomen σοί. in libris quidem nihil eiusmodi praecedit, si autem pro ταῖς τηλικαῖσδε reposueris τοῖς τηλικοῖσδε, habes iam quo spectat σοί γε. profecto sententia illa ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος quamquam per se non reprehendenda (cf. frgm. Soph. Acris. ap. Stob. tit. LXXIX.), tamen n. l. parum aptam video. tantum non ridicule dicit Oedipus: et mihi quae facta sunt quam potestis brevissime narrate, nam vestrae aetati breviter loqui convenit. num putabis senem patrem summa laetitia iis quae gesta erant commotum summaque cum caritate filias amplexantem (1112), cum peteret ut illae quam brevissime rem sibi narrrarent, statim morosi morum magistri partes obtinuisse causam brevitatis interserentem istam, quantum ego sentio, futilem atque inutilem? qui suspenso animo atque anxio rei cuiusdam gravissimae eventum expectavit, si quis adest a quo edoceri potest, primum non statim singula quaeque scire cupit, sed breviter summam tantum rei, idque eo magis in Oedipum valet, quod servatis ac receptis filiabus minus iam eius intererat omnia et singula cognoscere. deinde qua ipse idonea causa, cur brevissimam narrationem optaret, uti poterat ususque est mea sententia, haec est, quod senibus, qua sunt in plerisque rebus maiore aliis hominibus continentia, oratio quoque brevior sufficit vel potius magis complacita est. praeterea ab Oedipi consilio omnino abhorrebat longam orationem audiendo tempus perdere praesente Theseo, cui iam paullo ante meritas gratias agere debebat (1119 sq.). verbum ἐξαρκεῖν denique cum apud Sophoclem semper significet ‚sufficere', non ‚decere, convenire', melius ad Oedipum quam ad filias

refertur (cf. Phil. 459, OC. 6, ἐξαρκής Tr. 334). suspicio mea firmatur auctoritate Meinekii, viri gravissimi, qui ταῖς τηλικαῖσδε offensus sese expectare ait ταῖν τηλικαῖνδε casu genetivo. his expositis ad versiculum a quo exorsus sum redeo. in verbis τοὔργον τοὐμόν depravatum videtur τοὐμόν ex τοῦτο; de rebus a Theseo gestis sermo est; quodsi de narratione Antigonae poeta cogitari voluisset, scripsisset opinor τοὔπος τοῦτο. porro ἔσται communem sermonem sapit qui pro τοὔργον σοι λεχθήσεται βραχύ dicit τοὔργον σοι βραχὺ ἔσται. scribendum igitur pro ἔσται coniicio λέξεται, quo simul versus suppletur. futurum λέξεται passiva semper significatione usurparunt tragici (cf. Schneidew. ad. v. 1186 ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται et Porson. ad Hec. 297). proclivis erat error quo ex *TOYTOΛEΞETAI* ortum est *TOYMONECTAI*. sensum loci sic fere circumscribere possis: et tibi quidem utpote seni viro (τοῖς τηλικοῖσδε) longaeque orationis ambagibus non delectanti breviter (a Theseo) res narrabitur.

OT. v. 600 Creon postquam ostendit insaniae esse, si condicione sua non contentus maiora expetere velit, hanc in libris addit sententiam

οὐκ ἂν γένοιτο νοῦς κακὸς καλῶς φρονῶν.

mirum ante Heimsoethium omnes interpretes sicco pedo versiculum transiisse, qui aut interpolatus aut certe pessime mutilatus est. quid subiectum enuntiationis sit, non liquet. scholiasta verba sic ordinat ὁ καλῶς φρονῶν νοῦς οὐκ ἂν κακὸς γένοιτο, contra Schneidewinus: schlechtigkeit wie du sie mir zutrauest würde thöricht und unvernünftig sein. utrumque adeo languidum est — recte enim Heimsoethius: die überlieferten worte hätten nur etwa innerhalb der sokratischen schule kraft — porro adeo ab omni vi atque vehementia quae concitato Creontis animo convenit qualemque paullo ante verba οὕπτω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ produnt, plane destitutum, adeo denique nihil efficiens, ut nimis abiecte de poeta nostro sentiant qui talia eum scribere potuisse sibi persuadeant. Heimsoethius comparans El. 403 μή πω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή, 941 οὐγὰρ ὧδ' ἄφρων ἔφυν (quibus addi potest Ant. 220 οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος ὃς θανεῖν ἐρᾷ) coniicit (krit. stud. I. p. 79) οὐκ ἂν γένοιθ' οὕτως ὁ νοῦς κακῶς

φρονῶν. quae sententia valde vereor ut per se vera sit. etiam ὁ νοῦς non placet praesertim sine attributo positum. equidem potius tale quid a Sophocle scriptum suspicor

οὐκ ἂν γένοιτ' ἄνους τοσόνδ' ἀνὴρ φρονῶν.

τοσόνδε adiectivo postpositum ut τοσοῦτον (Ai. 1062) et saepe οὕτως (e. g. Tr. 745, Ai. 90, 1207, Phil. 873). ceterum cf. Aristoph. Acharn. 736 τίς δ' οὕτως ἄνους, ὃς ὑμέ κα πρίαιτο; origo vitii patet. una litera mutata ex ΓΕΝΟΙΤΑΝΟΥΣ factum est ΓΕΝΟΙΤΟΝΟΥΣ. exinde reliquae mutationes paene necessariae erant nec ita difficiles, modo meminerimus participio φρονῶν adverbium καλῶς explicationis causa adscriptum esse potuisse; solebant enim glossatores eiusmodi additamenta adscribere. n. l. id accidisse eo veri similius est quod tritissima sunt εὖ φρονεῖν, καλῶς φρονεῖν, κακῶς φρονεῖν.

Eiusdem fab. v. 860 sq. Jocasta ad Oedipii mandatum, ut rure servum arcessat quem caedi Laii interfuisse ipsa dixerat, respondet

πέμψω ταχύνασ'. ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους·
οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἄν ὧν οὐ σοὶ φίλον.

posterioris versus et constructio et sensus tantas praebent difficultates, ut qui de iis diligenter exposuit A. Zippmann (in Atheteseon Soph. specim. Bonn. 1864 ed. p. 4 sqq.) interpolatori eum tribuerit. operae pretium facturus videor, si Heimsoethii verba quibus breviter loci vitia comprehendit, apponam. ‚wenn, inquit, ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους gefallen ist, so kann mit einem οὐδὲν γὰρ—φίλον nicht mehr an das vorhergehende πέμψω ταχύνασα angeknüpft werden; die worte οὐδὲν—φίλον selbst aber würden nur passen, wenn von der unterlassung einer handlung die rede gewesen wäse; zu dem versprechen einer handlung erwarten wir auch ein positives πάντα γὰρ ἂν πράξαιμι; endlich ist auch an und für sich der satz οὐδὲν—φίλον nicht in ordnung, da das attrahirte ὧν einen plural enthält, welcher als subject auch sein praedicat im plural (φίλα) bei sich haben müsste.‘ (v. krit. stud. I. p. 201). haec quidem ita se habent nec erit qui refutare queat, tamen splendide falluntur, qui spurium existimant versiculum. Sophocles certe nisi omni elegantiae atque concinnitatis sensu orbatus forte erat, non tam dure

ac violenter uno ictu illo πέμψω ταχύνασ', ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους abrumpere potuit, licet Zippmannus in uno hoc versu sine ullo scrupulo acquiescens affirmet (p. 7): ‚deleto tali centone (vers. posteriorem dicit) aptissimam restitui senties genuinae clausulae brevitatem.‘ risum teneatis amici! non satis severe reprehendi potest virorum quorundam studium multa saepe adhibita sagacitate corruptos indagandi versus, non ut sanare conentur sed ut vel ‚furcis‘ eiiciant nimirum summo poeta indignos. nobis certissimum est, ‚centonem‘ istum Sophocleum esse, sed corruptum et medelae indigentem. eam praestitit Heimsoethius eleganti coniectura πέμψω ταχύνασ', ἦν μόλωμεν ἐς δόμους· οὐδὲν γὰρ οὐ πράξαιμ' ἄν, εἴ τί σοι φίλον, qua quae offendunt in lectione vulgata funditus removentur. tamen ne quid dissimulem parum mihi placet hoc cum gravitate quadam positum ἦν μόλωμεν ἐς δόμους (ubi domum venerimus, intrarimus), cum proxime domum sint Jocasta et Oedipus. omnino videtur audacior esse coniectura quae etiam priorem versum afficiat, quem integrum esse omni pacto contenderim. bene enim a poeta institutum, ut Jocasta, molestissimos sibi sermones praecisura, duobus verbis πέμψω ταχύνασα paratissimam se ad exequendum Oedipi mandatum testetur et sic optima oblata occasione hortetur ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους. id ipsum iam dudum cupiebat Jocasta, cui turpe et indignum videretur (1078 sq.) in coniugis originem ante domum palamque choro inquisitionem fieri, cuius fatalem exitum ipsa iam ominari debebat (cf. 780, 791 sqq. 800 sqq.). quare Oedipum ne amplius investiget quasi apprehendit trahitque secum in domum, neve ulla de causa recusare possit, ibi omnia sese facere velle et posse profitetur. ut igitur posterior versus rationem subiiciat verbis ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους iisque cohaereat, notio ἐν δόμοις quae ad ἐς δόμους referatur, restituenda ei est, quod hoc modo effici potest

ἔνδον γ' ἅπαν πράξαιμ' ἄν, ὧν τί σοι φίλον.

ab literarum apicibus haud ita dissimile est ΕΝΔΟΝΓΑΠΑΝ lectioni codicum ΟΥΔΕΝΓΑΡΑΝ. non repugno, si quis cum Heimsoethio malit εἴ τι, quamquam ὧν τι (ἅπαν τούτων ὧν τι) paratum Jocastae animum disertius significat et minus longe a scriptura vulgata recedit. possis etiam Heimsoethii

οὐδὲν γὰρ οὐ πράξαιμ' ἄν recipiens coniicere οὐδὲν γὰρ οὐ πράξαιμ' ἂν ἔνδον σοι φίλον; sed ut de collocatione vocabuli ἔνδον taceam, nescio an iusto fortius sic particula γάρ causa efferatur, cur in aedes Jocasta cum Oedipo properat. non tam aperte eam indicare debet Jocasta, sed paullo elegantius particula γε (ἔνδον γε).

Nemo nescit librarios Graeculosque grammaticos multis locis poetam aut non intellexisse aut non recte. inde saepe depravationes fluxere genuinis verbis aut commenticio aut perperam percepto sensui adcommodatis, quo vitii genere tum maxime peccatum est, si paucarum earumque similium literarum mutatione opus erat. praeterea nemini in transcribendo non accidere solet, ut interdum libri scripturam non accurate intuens ipse quae verba sequi debeant cogitatione praecipiat. qua licet nonnunqnam ubi sententia planissima et quae eam efficiunt vocabula paene necessaria sunt, aliquis rem acu tangat, tamen facillime irrepunt errores et olim quoque irrepserunt. eorum duo genera sunt. aut enim verborum sensus ipse obliteratus est aut servato sensu permutatae sunt singulae voces. atque prioris generis vitia non raro idonea ratiocinatione deteguntur, de altero autem vere G. Hermannus: vertauschungen von wörtern, die weil sie im steten gebrauch sind, dem abschreiber zur unrechten zeit vorschweben, können keine diplomatische begründung haben, weil ihre veranlassung psychologisch ist. (opusc. VI, 2, p. 29).

Pauca exempla quae huc pertinere arbitror adferam. unum alterumve iam supra occurit.

El. 363 sq. in codicibus scripti sunt

ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ λυπεῖν μόνον
βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν,

nisi quod Laur. a pr. m. et Lips. a. b. τοῦ με μὴ habent et in nonnullis pro τυχεῖν extat λαχεῖν. mire hic locus omnes inde a Cantero interpretes vexavit et est sane in difficillimis. de quotidiano victu cogitavit scholiasta is qui scripsit: ἐμοὶ ἔστω τροφὴ ἡ τῇ ἀνάγκῃ μόνον ἁρμόζουσα καὶ τὴν πείνην ἀπελαύνουσα. secuti sunt hanc explicationem inter alios Bothius et Reisigius (enarr. Oed. Col. p. CXIII). at merito reiecit Hermannus utpote indignam moribus Electrae et quae

nullo modo in tradita lectione inesse possit. quam ob rem et ego istam nihil morarer, nisi nuper Heimsoethius eius patrocinium suscepisset similem scholiastae sensum requirens atque coniicens (krit. stud. I. p. 296) ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὸν οὐ λεῖπον μόνον βόσκημα. ut praeteream obscure hoc dictum esse, ad sensum nihil probat v. 192, etiamsi non corruptus esset, nec 362. Electra suae vitae rationem et quasi summam opponit Chrysothemidis condicioni; suum esse patrem ulcisci (349 ἐμοῦ δὲ πατρὶ πάντα τιμωρουμένης), deflere (353 τί μοι κέρδος γένοιτ' ἂν τῶνδε ληξάσῃ γόων), honorare laedendo inimicos (335 λυπῶ δὲ τούτους, ὥστε τῷ τεθνηκότι τιμὰς πρυσάψειν); illam e contrario ab interfectoribus patris stare (358 τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς ξύνει), iis oboedire (361 ὑπεικάθειν), lauta ac splendida vita delectari (361 sq.). dum igitur Electra patrem ulcisci atque honorare studet laedendo eius interfectores, Chrysothemis his ipsis interfectoribus assentit atque obsequitur; dum illa semper patris mortem luget domusque calamitatem, haec gaudet epulis et abundanti vita. optimam videmus existere sententiarum responsionem, quae prorsus non admittit Electrae istud: ‚mihi enim me fame non contristare unicum esto pabulum', quod etiam per se quam ridiculum quamque ineptum sit qui non videt ipse ineptus est. nisi forte talis victus ita exoptatus fuit Electrae, ut unicum quo nihil melius cupiat sibi pabulum esse velit. versione minus accurata has ineptias obscurarunt Reisigius et Bothius, quorum ille interpretatur: ‚mihi sit tantum concessum, ut me non premat ciborum inopia', hic autem lectionem τοῦ με recipiens in hunc modum (poett. scen. 1826): ‚nam mihi quidem victus sit me modo non cruciandi i. e. victus atque alimenta eius conditionis, quae me modo fame non excruciet'. quod Bothii versionem attinet, neque λυπεῖν est ‚excruciare' neque ulla ex parte verisimile, Electram ‚modo fame non excruciatam fuisse'. licet non laute ac splendide vixerit, at certe habebat quae ad simplicem victum necessaria sunt. tum μόνον necessario cum βόσκημα iungendum, quod iam opposita πλουσία τράπεζα, περιῤῥεῖτω βίος declarant.

Contra scholiastam denique nonnihil facit, quod Hermannus recte videtur negavisse βόσκημα ‚victum' significare.

quamquam Bothius hanc significationem vel uno Aeschyli loco Suppl. 635 [603 Herm.] *βόσκημα πημονῆς* confirmari sibi persuasit; mirum profecto; incredibile vero eundem virum contendere Aeschyli loco non probari *βόσκημα* improprie dictum esse, ‚quod ibi additus sit genitivus rei quae nutriatur, n. l. non sit additus'. mittamus nugas istas quas ne Judaeus quidem Apella credet. maioris momenti est quod Heimsoethius, vir elegantis in eiusmodi rebus atque subtilis iudicii, scribit: dass *βόσκημα* stilgemäss, zeigen stellen wie Phoen. 401. equidem valde vereor ut id Phoenissarum loco commonstretur, ubi Jocastae verba sunt *πόθεν δ' ἐβόσκου πρὶν γάμοις εὑρεῖν βίον*; ad quae respoedet Polynices *ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν.* cur *βόσκεσθαι* de victu recte hic usurpavit et quodammodo usurpare debuit Jocasta? videlicet quia quarto abhinc versu dixit *αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος*, ad quod Polynices *καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ.* quare Jocastae verba respiciens recte quoque paullo post Polynices (406) *κακὸν τὸ μὴ ἔχειν· τὸ γένος οὐκ ἐβοσκέ με.* diversa est igitur Phoenissarum loci ratio nec debebat eum Heimsoethius in suam rem laudare. quid multa? constat inter plurimos viros doctos *βόσκημα* figurato quem vocant sensu dictum esse. ita etiam duo alii scholiastae acceperunt quorum alter explicat *τοῦτο μόνον ἐμὲ βοσκέτω, τὸ μὴ λυπεῖν ἐμὲ αὐτὴν, εἰ τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς πείθεσθαι ἀναγκασθήσομαι.* cui suffragatur Hermannus vertens: mihi hoc tantum esto pabulum mihi non dolorem creare. similiter alii. verum sic obscurius et pro sua vehementia parum nervose Electra loqueretur. alterutro vitio etiam coniecturae laborant quae multae a criticis propositae sunt. ad hoc iis non ea sententia expressa est quae mihi h. l. necessaria videtur. maximam earum partem collegit O. Jahnius. de Canteri *τοὐμὲ μὴ λιπεῖν*, ex quo Lobeckius (ad Ai. p. 312 ed. I.) *μὴ 'κλιπεῖν*, alii *μὴ 'λλιπεῖν* fecerunt, vide Meinek. Annall. Soph. p. 256, contra Brunckii *τοὐμέ νιν λυπεῖν* cf. Herm. Erfurdtius edidit *τοὐμὲ μὴ λυποῦν* (‚satis habebo non exagitari adulterorum inhumanitate'), quae Hermanno iudice valde frigida sententia est. Bergkius Hesychii glossa *γνυπτεῖν· ἀσθενεῖν, μαλακίζεσθαι* adductus coniecit *τοὐμὲ μὴ γνυπτεῖν*, Schneidewinus *τοὐμὲ μὴ λήγειν γόων*, in quo Nauckius pro *τοὐμὲ* mavult *τῶνδε*; eodem sensu M. Schmidtius (Philol. 14, p. 466) *τοὐμέγνειν λύπη.* Meinekius suspicatur (l. l) *τοὐμὲ τληπαθεῖν.* Hermanno, qui tamen in vulgata acquiescit, in mentem venerat *τοὐν ἐμοὶ λυπεῖν*, G. Wolffius proposuit *τοῦτο δὴ, λυπεῖν*, Burgesius (ad Eur. Troad. p. 180) *τοὐν ἐμῇ λύπῃ.* auctoritate alterius scholii *τοῦ μὴ λυπεῖν τὸν πατέρα*, (de quo Schneidewinus: est ist ungewiss, ob es auf einer andern lesart, etwa *ἔστω πατέρα μὴ λυπεῖν* beruht oder willkührlich erfunden ist), Kayserus coniecit (Jahn. Annall. 69, p. 508) *ἔστω μὴ λυπεῖν πατέρα μόνον.* ex hoc scholio ego quoque corruptum locum emendandum censeo ratione atque connexu sententiarum motus. cum Electra primum suae, deinde Chrysothemidis vitae rationem exposuisset, si quid addere vellet, nihil aliud facere poterat quam ut illa antea memorata, quo magis utriusque diversisissima ratio apparereret, brevissime comprehensa repeteret. omnia autem quae agit et cogitat, id unum spectant, ut ne patrem dolore adficiat et hoc ipsum *τὸ μὴ λυπεῖν τὸν πατέρα*, verbis *πλουσία τράπεζα—περιρρείτω βίος* egregia oblata oppositionis occasione, tamquam unicum suum *βόσκημα* praedicat. iam ad emendationem accingamur. quod Kayserus facili negotio e scholio posuit vocabulum *πατέρα*, si Sophocles scripsisset, quibus machinationibus in *τοὐμὲ* abire potuerit nemo divinabit. ego opinor Electram patrem ita designasse ut simnl paullo acerbius sororis impietatem stringeret, proinde poetam coniicio scripsisse

ἐμοὶ γὰρ ἔστω, τοὺς σύ, μὴ λυπεῖν μόνον
βόσκημα,

i. e. mihi enim esto, quos tu (contristas), non contristare, unicum pabulum (Meinekius: voluptas, labsal). hanc sententiam a scholiasta verbis *μὴ λυπεῖν τὸν πατέρα* explicatam esse non adeo improbabile est. *τούς* numero plurali ut supra v. 346 *τῶν φίλων* (patris). articulum apud tragicos non raro relativi pronominis vice fungi res nota, cf. Matth. gr. p. 747, Krueg. gr. Gr. II. 15, 8. de ellipsi vid. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 457 D. multo audacius Plat. apol. p. 36 E *ἀμελούμενος ὧν οἱ ἄλλοι* (scil. *ἐπιμελοῦνται*), ad quem locum cf. Stallbaumius.

Non minoribus difficultatibus impliciti sunt qui in OC. leguntur versus

812 *μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ· πρὸς δὲ τοὺς φίλους*
οἵ' ἀνταμείβει ῥήματ', ἤν σ' ἔλω ποτέ.

in priore versu *οὐ σέ* ineptum esse incredibile est multos eorum qui locum emendare voluerunt, fugisse. verissime Reisigius (commentt. crit. p. 305): inficetum prorsus additamentum adiacet, *οὐ σέ*. an verendum est ne quis etiam reum antestetur? idem vidit Meinekius cuius verba sunt: perversum est, Creontem ad ea quae Oedipus dixerat respondere *μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ*, quippe in rei natura positum est, ut iniuriam passi non eum qui intulit, sed qui testes iniuriae fuerunt, antestemur; ut quo consilio id disertim dicatur a Creonte, prorsus intelligi non possit. eodem modo ego iudicabam, antequam horum virorum adnotationes inspexi. quare concidunt coniecturae Musgravii Dindorfii Bergkii. etiam aposiopesim, quam post *ἔλω ποτέ* statuerunt Musgravius Brunckius Hermannus Engerus Bergkius Schneidewinus, iure iam idem Reisigius reiecit probantibus Dindorfio atque Meinekio. minus feliciter quam invenit correxit Reisigius loci vitia. obscura enim est eius coniectura *μαρτύρομαι τούσδ', οὗ σύ, πρὸς δέ, τοὺς φίλους κτἑ.* nec multo meliores sunt Halmii *μ. τ. οὕς σὺ πρόσθε, τοὺς φίλους*, Hartungi *μ. τ. οὕς σὺ προυστήσω φίλους*, Chr. Sehrwaldi *μ. τ. εἰ σὺ πρός γε τοὺς φίλους τοιαῦτ' ἀμείψει ῥήματ' κσἑ.* in hac postrema prorsus incommodum atque frigidum est condicionale enuntiatum *εἰ—ἀμείψει*, quamquam Sehrwaldo ipsi ‚omnes difficultates coniectura sua radicitus in perpetuum sublatas esse persuasissimum est'. de Meinekii coniectura *μαρτύρομαι—τούσδ' οὐχί, πρὸς δὲ τοὺς φίλους οἵ' ἀνταμείψει κτἑ.* (‚antestor, non hosce quorum nomine tu te loqui dicis, tecum enim faciunt; apud amicos autem nostros, si te potius fuero, quae tandem responsurus es!') Heimsoethii iudicio adstipulor qui eam vocat ‚eine complicirte in die zukunft verlegte, wobei die Gegenwart zu kurz kommt, ohne dass man begreift, was eigentlich an die stelle gesetzt ist.' (v. krit. stud. I. p. 110). recte hic vir sagacissimus perspexit post verba *μαρτύρομαι τούσδε* plene distinguendum esse, deinde ea sequi debere quorum causa Creon chorum antestetur, comminationem scilicet quae futura sint, si in manus Creontis Oedipus venerit. nescio tamen an audacior sit Heimsoethii coniectura *μαρτύρομαι τούσδ'· οὔ σ' ἐπαρκέσει φίλους κτἑ*, et facilior haec fuerit in quam ego incidi

μαρτύρομαι τούσδ'. οὐ σὺ πρός γε τοὺς φίλους
τοιαῦτ' ἀμείψει ῥήματ', ἤν σ' ἔλω ποτέ.

particula *γε* cum acerba quadam indignatione intendit *φίλους*. extat ea autem in aliquot codicibus. *ἀμείβεσθαι πρός τινα* non habet offensionem; est enim *πρὸς τοὺς φίλους* ‚contra amicos'; ceterum vid. Herm. de conformatione orationis cf. Babr. fabb. 27, 5 sq. *ἐπιμαρτυρῶ σοι, φησίν, ἀλλὰ καὶ πάσας | ἔπνιγες ὄρνεις, πάντα δ' οἶκον ἠρήμους*, Soph. Antig. 612 sqq. *ἐπαρκέσει νόμος ὅδ': οὐδὲν ἕρπει θνατῶν βιότῳ τάμπυλις ἐκτὸς ἄτας.*

El. v. 761 sqq. paedagogus postquam miseram Orestis fortunam enarravit, orationem suam ita concludit

τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἔστιν, ὡς μὲν ἐν λόγῳ
ἀλγεινά, τοῖς δ' ἰδοῦσιν οἵπερ εἴδομεν
μέγιστα πάντων ὧν ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.

frustra postremum versum, a ceteris interpretibus silentio praetermissum, explicat G. Wolffius: *ὄπωπ' ἐγά* statt *ὀπώπαμεν*. der bericht sollte zum schluss möglichst glaublich gemacht werden. verum ut neque Germanice recte diceretur ‚für die zuschauer aber, die wir es sahen, war es das grösste leiden, das ich gesehen, ita nec Graece dici potuit. scribendum ni fallor

τοῖς δ' ἰδοῦσιν οἵπερ εἴδομεν
μέγιστα πάντων ὧν ὄπωπέ τις κακῶν.

quanto gravior iam apparet Orestis calamitas. non solum simplex nuntius, sed ne eorum quidem qui adfuerant omnium quisquam ullum maius infortunium viderat. *ὄπωπέ τις* (scil. *τῶν ἰδόντων, ἡμῶν*) non *ὀπώπαμεν* dicit; significat, si spectatorum quis iam antea graves casus viderat, istum ei omnium gravissimum visum esse. quantillum distet ab *ΟΠΟΠΕΤΙC* vulgatum *ΟΠΟΠΕΓΟ* tu ipse vides. Meinekius (Anall. Soph. p. 255): *ΕΤΙ*, inquit, et *ΕΓΩ* facillime unum pro altero ponuntur. ceterum *τοῖς δ' ἰδοῦσιν* in *τοῖς ἄλλοισιν* mutanti Heimsoethio (krit. stud. I. p. 80) non adsentior; quae hoc modo inter *τοῖς ἄλλοις* et *σοι* (Clyt.) op-

positio efficitur, non apta est et ipsa locutione *τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἔστιν*, in qua *σοι* dativus ethicus est (cf. OC. 62) prohibetur. opposita sunt *ὡς μὲν ἐν λόγῳ* et *τοῖς δ' ἰδοῦσιν*. additum *οἵπερ εἴδομεν* ad *τοῖς δ' ἰδοῦσιν* non sola exaggeratio oratoria est, sed simul indicat nuntium quoque calamitati illae adfuisse. quod ad coniecturam suam firmandam laudat Heimsoethius scholium ineditum (in cod. Vind. 281 extans) *μέγιστα πάντων τῶν κακῶν ὅσα ἐγὼ ὄπωπα καὶ ὅσα ἐθεάσαντο οἱ ἄλλοι ποτὲ οἵτινες εἴδομεν ταῦτα*, non minore forsitan iure meam coniecturam eo munire possim, quippe quod nihil aliud sit quam distinctior explicatio pronominis indefiniti *τις* et nuntium (*ὅσα ἐγὼ ὄπωπα*) et ceteros (*ὅσα ἐθεάσοντο οἱ ἄλλοι*) complectentis.

OT. v. 1225 sq. Oedipus oculorum lumine privatus cum ex aedibus egressus chorum ipsius calamitatem commiserantem audisset, ad eum dicit

> *οὐ γάρ με λήθεις, ἀλλὰ γιγνώσκω σαφῶς,*
> *καίπερ σκοτεινός, τήν γε σὴν αὐδὴν ὅμως.*

male me habet *ὅμως;* non video cur Oedipus tam fortiter efferre voluerit, se quamquam caecum amici chori vocem bene cognoscere. an id difficile mirumve erat? languet cum per se tum pro commotissimo Oedipi animo istud *ὅμως*, quod solius metri explendi causa positum videtur. augetur suspicio non nihil cacophonia homoeoteleutis *σαφῶς—ὅμως* orta. accedit quod Sophocles nunquam quod ego sciam post *καίπερ* etiam *ὅμως* adhibuit, cf. Ai. 122, 384, Phil. 377, 485, 647, Ant. 394, OT. 1141, frgm. Thyest. ap. Stob. floril. tit. CXVI. post *κεἰ*, *κἄν* vero usurpavit *ὅμως*, cf Ai. 15, Ant. 234, OC. 957. omnino *καίπερ* particula quae iudice Kruegero Gr. gr. I, 56, 13, 2 apud Atticos scriptores nisi participio aut simili constructioni iuncta non invenitur, tragicorum usu ita adversativum *ὅμως* admittit, ut participio arte nulloque intermisso vocabulo postponatur. ex exemplis quae alia de causa Elmsleius collegit ad Med. 1216, huc pertinent Aesch. Sept. 718 (693 Herm.) *πιθοῦ γυναιξίν, καίπερ οὐ στέργων ὅμως;* Eur. Alc. 938 *γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον τοὐμοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως;* Matthiaeus gr. § 536, 3 citavit Eur. Or. 679 *κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι καὶ γυνή*

περ οὖσ' ὅμως. ceterum cf. Krueg. l. l. not. 3; II, 56, 3, 2. Matth. l. l. Sophocles fortasse scripsit

τήν γε σὴν αὐδὴν ὁμοῦ.

(Ant. 1180 *καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ*). neque tamen contenderim non posse etiam *τήν γε σὴν αὐδὴν φίλου* scriptum fuisse (OC. 344 *τἀμὰ δυστήνου κακά*, Tr. 775). scriptura non ita dissimilia sunt *ΦΙΛΟΥ* et *ΟΜΟΣ*. sic Oedipus vocabulum quo cum caritate chorum initio compellaverat, pari cum caritate iteraret. error quo librarius post *καίπερ* expectaret *ὅμως*, quod fallente similitudine vocabulorum *ὁμοῦ* (*φίλου*) et *ὅμως* reapse posuit, eo proclivior erat, quo saepius *ὅμως* in fine trimetri collocari solet. a Sophocle quidem eo loco duodevicies collocatam est, in initio septies, toties in medio.

Sed haec in praesenti sufficiant, temporis enim angustiae non permiserunt librario viro honestissimo dissertationem meam totam atque integram typis mandare. ceterum quaestiunculas hasce Sophocleas si qua fortasse *κατόπιν ἑορτῆς* venere memineris velim inopportuno studiis meis loco (Paderbornam dico) esse conscriptas.

Index locorum.

El.	76	p. 34
	111 sqq.	p. 28
	192	p. 9 sqq.
	227	p. 11 sq.
	232	p. 29 sq.
	337	p. 33 sq.
	363	p. 54 sqq.
	466	p. 16 sq.
	763	p. 59 sq.
	1329	p. 34 sqq.
OT.	328 sq.	p. 36 sqq.
	424	p. 39 sqq.
	583	p. 41 sq.
	600	p. 51 sq.
	624 sq.	p. 42 sqq.
	682	p. 17 sq.
	702	p. 47
	725	p. 45 sq.
	861	p. 52 sqq.
	883	p. 46 sqq.
	1031	p. 31 sq.
	1181	p. 18
OT.	1226	p. 60 sq.
	1512	p. 5 sq.
OC.	22	p. 22
	62	p. 23 sqq.
	332	p. 15 sq.
	390	p. 6 sqq.
	500	p. 21
	588	p. 32 sq.
	625	p. 33
	812 sq.	p. 58 sq.
	976	p. 18 sqq.
	1108	p. 14 sq.
	1118	p. 49 sqq.
	1132 sqq.	p. 12 sqq.
	1371	p. 26 sqq.
	1429 sq.	p 47 sq.
	1640	p. 38 sq.
Ant.	211	p. 8 sqq.
	776	p. 36
	1182	p. 25 sq.

Errata.

Haud pauca menda typographica praecipue in notandis accentibus me invito irrepsere. graviora aliquot haec sunt:

p. 1, lin. 6 leg. ‚Or. crit.‘ pro ‚Obs. crit.‘
„ 19 „ ‚atque‘ qro ‚atpue‘.
p. 2, „ 8 a fine leg. ‚quae‘ pro ‚puae‘.
p. 3, „ 20 leg. ‚profuturum‘ pro ‚— urem‘.
p. 5, „ 5 „ ζῆν pro ξῆν.
„ 23 „ εὖχεσθέ pro ἔ υχεσθέ.
p. 6, „ 2 „ ‚poetis‘ pro ‚poctis‘.
„ 5 a fine leg. λάχωσι pro λάχωι.
p. 7, „ 1 leg. ἦξει pro ἤξει.
p. 12, „ 10 a fine leg. ἂν pro ἄν.
p. 14, „ 1 leg. οὔτε pro οὖτε.
p. 17, „ 22 leg. δάκνει pro δάκτει.
p. 26, „ 1 „ ἤδη pro ηδη.
p. 28, „ 1 a fine τ'ὦ pro τ'ῶ.
p. 29, „ 9 a fine θρήνων pro θρήσων.
p. 30, „ 1 a fine ἀοιδᾶν pro ἀοισδᾶν.
„ 21 del. comma post πατέρ'.
„ 12 a fine ‚corrupisse‘ pro ‚corrup.‘
p. 34, „ 20 leg. καιρός pro καιρόρ.
p. 38, „ 19 „ ‚congestorum‘ pro ‚congestror.‘
p. 39, „ 23 „ ὅσ' pro ὅσ'.
p. 42, „ 3 post ‚Creontis‘ insere ‚sepui putans: recte iam Schneidewinus argumentum orationis‘.
p. 45, lin. 8 leg. ἀλλὰ pro ἀλλ'.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010679480